



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Dispvtatio I. De Fide, eiúsque obligatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

TRACTATVS QVARTVS  
DE FIDE  
ILLIQVE CONTRARIIS

PROOEMIUM

**A**C TURVS de virtutibus, à fide iudicari incipiendum; ut potest quæ, ut ait Trident. *sess. 6. cap. 8.* reliquarum radix, & fundamentum est, & iustificationis initium. Hunc tractatum nouem disputationibus absoluam.  
Prima erit de fide eiusque obligatione.

**S**ecundum. Prima erit de fide eijsque obligatione.

## Secunda, de infidelitate

### Tertia, de hæresi

Quarta, de poenitentiis spiritualibus hæreticorum, excommunicatione, infamia, priuatione  
beneficiorum, & officiorum.

## Quinta de pœnis temporalibus præcipue confiscatione bonorum.

Sexta, de poenitentiis corporalibus

## Septima de hæresis suspectis, filiisque hæreticorum

## Octaua, de modo iudicialiter procedendi

**Nona**, de crimine confessarij sollicitanis ad Venerem.

DISPV TATIO I.

De fide. eiusque obligatione

P V N C T V M E

### **Quid fides, & quotuplex**

I Multipliciter nomen fidei usurpatum

2 Declaratur propria fidei acceptio , eiusque definitio exponitur.

**N**OMEN fidei variè accipitur à Theologis, ut vide  
potest apud commentatores D. Thom. 2.2. quæst. 1.  
Aliquando enim accipitur pro fiducia, iuxta illud  
dictum à domino Petro Matt. 14. Modo, fidei qua-  
re dubita; & illud Iacob. 1. Postulat in fide, nihil habitan; hoc  
est, in fiducia de Domini misericordia, Aliquando pro execu-  
tione tui promissæ; seu pro dictorum, conuentorūq[ue] constan-  
tia, & veritate; & in hoc sensu dixit Paul. ad Rom. 3. Num-  
quam incredulitas eorum fidem Dei euacuabitid est diuinæ pro-  
missionis constans, & veritatem infirmabit Alibi, & il-  
lud 1. ad Timoth. 5. babentes damnationem, quia primam fidem  
irritam fecerunt; id est, quia voleverunt, & non rediderunt  
explicuit August. P[ro]f. 1.7. & ab hac acceptio sapientia Deus vo-  
cavit fidelis, P[ro]f. 1.4. & 1. Corin[thi]o 10. & alibi. Aliquando sumi-  
tur pro iudicio, ita excommunicatione, quæ de aliquo fit forte, ve-  
ster promissæ; iuxta illud Ecclesiast. 27. qui denudat arcana amic-  
itudinis perdidit; id est, perdit excommunicationem, que de illo habebat  
tua secreta securitatem. Aliquando sumitur fides pro conscientia  
bonæ iuxta illud ac Rom. 14. iuxta communem expeditio-  
nem, Omne quod non est ex fide, peccatum est; id est, omne, quo  
est contra conscientiam, & dictamen rationis, peccatum est  
& in hoc sensu Innocent. III. cap. de prescript. dixit nullam  
esse prescriptionem absque bona fide, id est, absque no-  
titia recta.

2. Verum haec acceptio, ut reale expediat Valent. 2. 2. dicitur, quod est in princ. alieno sicut a nostro instituto considerant fidem quatenus quadam virtus est nostra iustificatio- nis initium & reliquum virtutum radix, & fundamentum, de qua Apostol. ad Hebr. 11. dicit est sperandorum substantia rerum, argumentum non apparentem. Dicitur substantia rerum

sperandarum, tum quia per eam quadammodo substantia, & substantia in nobis res quas speramus tum quia ipsa, & fundamentum substar omnibus alijs virtutibus, quibus via paratur gloriae (petrata), sic Magister *lenten*. in 3. diff. 2. Chrysot. homil. 22. *in saprad. loco ad Hebr.* Vocabat argumentum, seu coniunctio non apparentium, ob incunditatem, quam habet simul eius eius certitudine, quae fundatur in ipsa auctoritate divina, si exposita verba Pauli concinnata ibi A postolum definita fidem que est virtus theologica: tum quia de illa loquebatur, sicut locutus batur de illa, per quam iustus vivit: tum quia sic tradidit Basil. Chrysost. Gregor. August. & alij Patres quos referunt & sequuntur: Valent. 1. 1. q*uestio* 1. p. 1. Neque obstat adulterius habe definiit onem plures fideles credere, quae non sperant, credunt infernum, qui non sperant, sed potius timeant, credunt peccasse nostros primos patentes, & nos nasci maculatos, quod nec timeant neque sperant. Non, inquam, obstat: nam cum dicit A postolus, esse substantiam rerum sperandarum, per ordinem ad objectum principale, quae est Deus speratus, & finitus; fidem non tamen obinde tollit de aliis rebus fidem cetera. Neque etiam obstat dari posse fidem absque fpe, quominus dicatur ut eis substantiam sperandarum rerum, nam licet non sit rerum sperandarum actu, ab ipso, qui habet fidem, potest tamen illis sperare, & ab aliis sperantur, ac proinde est substantia rerum sperandarum. A terrenum autem definitionem tradunt communiquer Scholastici, que supradictis explicat, & idem recedit, videlicet, ut fides sit habiens, quo in falibiliter, & fisevlla formidine credimus a Deo reuelatis ob auctoritatem Dei reuelantis, sic Barnes 2. 1. *q*uestio* 1. art. 1. circa principium Valent. 2. 1. *q*uestio* 2. 1. art. 1.* & communiquer omnes D. Thomae expositoris. Ut autem haec definicio, & quam ad diuimus ex Paulo, clarius ostendat, videndum est quae comprehendat sub reuelatis, quae reuelatio necessaria sit, & quae ad illam requirantur, & ad illius afferuntur. Quibus cogniti cognoscere tum obiectum formale, tum mater iale fidei & alia ad definitiorem fidei pertinentia.*

PUNCTVM II

Quodnam sit obiectum formale fidei.

I Statuitur Deum reuelantem esse

**2 Proponuntur variae obiectiones, & soluantur**

**3 Ecclesiæ propositionem ad fidem requiri.**

4. Explicatur, quid sit hac propositio, & quomodo ad obiectum  
formale fidei non pertineat tametsi conditio sit.

5 Regula

三

5 Regulariter ad recipiendam fidem plura concurrunt.

**C**um fides divina nitatur auctoritati Dei reuelantis, ut  
1 comperto est apud omnes; communiter Doctores  
conveniunt Deum reuelantem esse obiectum formale fidei, seu  
conveniunt sub qua intellectus reuelans afferatur; sic Dinus Thom.  
2.1.queſt.1.art.1.Banes, & Aragon ibi Valent. disp.1. queſt.1.  
punct.1.4.1.princ. & alii plures, quos ipse referit, Argutus de  
Cominch. disp.9. de fide, dub.3.concl. n.22. & dub.4.concl. x.  
numeros 3.5. Verum ut hec definitio communis clarius innotescat,  
advertis illam.

2 Obiectum primum, quia fides non videtur nisi posse diuinam reuelationem, tanquam ratione formalis vitima afferenti; nam si rogetis quare credis Deum esse trinum, & utrum? & respondetis, quia Deus reuelans & ratus interrogatis, unde cognoscas Deum esse reuelans & debes ad propositionem Ecclesie recurrere, & responderetis, quia sic tibi ab Ecclesia est postpositum: quod si tandem rogetis, unde fidei Ecclesiam habere infallibilitatem in rebus prophetis: necessariò debes respondere, quia sic est a Deo reuelatum quo sine circuitu committis, ergo non bene assignatur reuelatio divina, seu Deus reuelans, pro ratione formalis vitima, in quam fides divina refertur.

Respondeo, et si divina reuelatio tibi sit incivida, & obscura; atque potest ratio cognoscendi, cum alia, cum se ipsum, quia cum illorum cognitione non possit esse evidens, negari in reuelatione, tanquam in re evidenti intellectus acquirescere; & aequice in illa, tanquam in re omnino certa, obiectu cognitiva. Quando autem virgines, unde cognoscere reuelans Deum? responderet tenuis id te cognoscere obiectum ex ipsam reuelatione ab Ecclesia proposita; ita ut propostio non sit ratio formalis afferenti, sed conditio sine qua non diuina reuelatio sic silentium praebet, & sic vitium circulus, & procelius in infinitum.

Obiectio secunda, cum Deus Apostolis, vel Prophetis mysticis aliquod primo reuelauit, ipsi Apostoli, vel Prophetae testato mysterio affectum praebuerunt fide diuina; quia illa reuelatio non fuit clara mysterij cognitione, sed obscura. At talis affectus diuina reuelatione non vititur; quia suppono illam reuelationem primam esse, quae non potest esse, nisi ipsius obiectum. Ergo iam fidei diuina obiectum, non est diuina reuelatio.

Respondeo actum illum reuelationis, quo primum mysterio reuelato affectum Propheta, non esse actum fidei, est si obscuras, ob rationem dictam; quia afferuntur mysterio in se, & non vestro reuelatione; reduciunt tamen ad fidem ob eius obseruitatem. Si a Propheta alio actu reflexo mysterio sibi reuelato credit, quia sibi est reuelatum, tunc actum si de elicere.

Tertio obiecto. Reuelatio diuina ideo est infallibilis, quia Deus est summa sapientia, & bonitas, qui nec fallere, nec falli potest. Ergo in Deum, quatenus talis est, debet resoluti nostra fidei infallibilitas.

Respondeo negando consequentiam. Aliud enim est, quae-  
re, quae Deus sic infallibilis; & hoc fateor esse, quia est summa bonus, & sapientia; aliud autem querere, cui ratione infallibilis fides diuina afferatur, & hoc non est diuina bo-  
nas, & sapientia; cum fides non afferatur reuelatio, nisi quia a Deo reuelata fuere; suppono tamen reuelationem Dei esse omnino infallibilem, quia a Deo summe bono, & sapienti pro-  
cedit.

Quarto obiecto. Plures sunt reuelationes singularibus per-  
fici facte, que non videunt esse obiectum formale fidei, alias Ecclesia propositione necessaria non esset ad cre-  
dendum.

Respondeo omnes reuelationes esse obiectum formale fidei; quia nituntur auctoritati Dei, qui nec fallere, nec falli potest. Id enim est, quod singularibus personis reuelat, ac qui reuelat Propheta, & apostoli, &c. Ergo caderet in omnibus reuelationibus auctoritas, & veritatis fundamentalis; & ita tenet Vega lib. 9. in Trident. cap. 3. Bellarm. libro 3. de iustifica. c. 3. Milder. 2.1.queſt.1.art.1. sect. 5. Tertia disp. 5. dub. 1. Argutus Cominch. disp. 9. de fide, dub. 6. num. 87. Thomas Sanchez lib. 2. in Dialogo cap. 7. n. 32. Vi tamen persona, quibus non est facta reuelatio, eliciunt actionem fidei, indigent propositione Ecclesie, ut de illis moraliter constet; quia deficiente, est enim obiectum fidei sit reuelatio fidei, actus non valeretur terminare, sicuti ignis citio virtutem habeat producendi ignem, requirit rameum approximationem passo, tanquam conditionem, ut de facto ignem producam.

3 Sed inquires an propositione Ecclesie, miracula & sanctitas fidelium in obiectum formale fidei?

Requius Ecclesie propositione ad fidem ab omnibus in con-  
fesso est; iuxta illud ad Roman. x. Quomodo credent ei, quem  
non understande: aut quomodo audient sine predicatione? tandem  
concludit: Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Et ratio est: quia de mysteriis reuelatis, deque ipsa reuelatione nobis aliunde constare non potest: id quoniam Christus Dominus hoc medium instituit ad fidem propagandam;

4 Aduero tamen hanc propositionem Ecclesie, quam diximus esse necessariam ad acceptandam fidem, non esse reuelationem aliquam, si forte datur factam Ecclesie, vel Pontifici de veritate aliqua credenda, talis enim affectus, seu reuelatio non est ex fide, sed potius fidei obiectum constituit, & ad dogmam prophetarum pertinet, ut extendit Valent. 2. 2. disp. 1. q. 1. punct. 1. §. 6. pag. 30. & 31. Sed propositionem Ecclesie dico esse illam manifestacionem, quae Pontificis ex speciali spiritu sancti afflentia manifestat, & proponit veritates aliquas iam Ecclesie reuelatas credendas fidibus. Illa erga propositionem, est conditio requirita ad fidem, non obiectum fidei.

Quod si dicas, illa manifestatio, & propositione est infallibilis. Ergo est obiectum fidei.

Respondeo, et quidem infallibilem, & obiectum fidei nona formale, sed materiale, scilicet qualibet alia veritas reuelata est obiectum materiale fidei non formale; formale autem solum est reuelatio, materiale quidquid reuelatum est; cum vero sit reuelatum propositionem Ecclesie esse infallibilem, iuxta illud dictum Petri, Ex parte regni Petri, ut non sicut fides tua, efficiunt sancte infallibilitatem propositionis ad obiectum materiale fidei pertinere.

Aduero secundum non esse necessarium ab omnibus aequaliter cogosci hanc Ecclesie propositionem, a ijs enim confundit, alij distinguuntur cognoscunt: rodibus enim hominibus simplex suorum majorum propositionis sufficit, atque adeo latius confundit, & impunit propositionem Ecclesie representantur. sic Valent. supradict. §. 6. fine.

5 Requiruntur praeterea regulariter ad credendum immo ad fidem reminendam alia motiva, scilicet miracula, patientia martyrum, sanctitas fideliū, & similia: at non intrant in obiectum formale fidei, sic Valent. ex commoni sententia juris \$ 7. & 8. Priori partem probosquis reuelatio, quam dicimus esse formale obiectum, & infallibilitas propositionis Ecclesie, nobis obiecta sunt, sicut & qualibet alius articulus. Ergo indiges, ut moueras ad credendum diuinam reuelationem, & infallibilitatem propositionis Ecclesie alicuius rationibus, & motiuis. Neque obinde sit in hac motiva fidem resoluti, quia haec motiva non sunt obiecta, sed clara, clare enim cognoscitur sanctitas fideliū, & patientia martyrum. Ergo in rem claram, non potest fides, quae obiecta est, resoluti. Et praeterea, quia per illa miracula Deus non loquitur, sed locuta confirmat. Ergo non sunt obiectum fidei, ideo ad recipiendam fidem conducunt. Quod autem confirmatur exemplo Samaritanorum Iason. 4. qui ex dicto mulieris affirmatus dixisse sibi Christum omnia, quae acciderant, moti sunt ad fidem recipiendam.

### P N C T V M III.

An diuina reuelatio, quae est obiectum formale fidei, habeat omnimodam certitudinem.

- 1 Preponitur dubitandi ratio.
- 2 Nanguam Deus potest alicui falsum manifestare.
- 3 Soluitur dubitandi ratio.

1 Ratio dubitandi est: quia non videtur repugnare Deum in moere intellectum creatum ad falsum aliquem assertum: cum quia affectus falsus non est peccatum: tum quia est quedam entitas physica, quae a Deo cauatur, & productione simul cum intellectu creata: tum quia inde non inferatur Deus absolute mentiuī: quia mentiuī est dicere aliquid aliis, quam habetur in mente: at cum Deus falsum iudicium creato intellectui imprimere, non diceret aliud, quam haberet in mente: quia ipse non dicit: non enim per tale indicium ipse Deus dicit, sed homo est, qui dicit, & loquitur. Ergo. Tum denique, quia fides esse potest causa latente mediaea affectus falsi, ut continetur in hoc dictu: Quidquid Deus reuelat, credi debet fide diuinam: sed Deus reuelans Christum non esse Deum. Ergo fide diuinam credendum est non esse Deum. Ecce fasillimum con-  
sequens illatum ex una propositione de fide, & altera falsa. Ergo latenter medietate ad assertum falsum potest Deus con-  
curre.

2 Nihilominus tenendum est tanquam omnino certum, Deum non solum de potencia ordinaria, sed neque de potentia absoluta posse falsum aliquem manifester, & errorem conceptum intellectui creare imprimere, sic D. Thomas 2.1.queſt.1. art. 3. & omnes eius expostiores. Valent. punct. 2. concl. 2. Valquez art. 3. concl. 1. Cominch. disp. 10. sub 1. concl. 2. art. 5. & dub. 2. concl. 1. & 3. Tertia. disp. 3. dub. 1. & 2. Concio uno duplice ratione probari potest. Prima & a priori, quia Deus con-  
venit summa, & infinita auctoritas ad persuadendum, & eius dictio fides adhibetur: at si Deus fallere aliquem posset, non haberet summam, & infinitam auctoritatem, ad persuadendum, & suis dictis fides adhibetur: at si Deus fallere aliquem posset in eo, qui aucto modo fallere posset. Ergo: Secunda ratio

de potestate

à posteriori est, quia inde sequeretur fidem nostram nullam firmatatem habere. Nam cum omnis eius firmitas in diuina reuelatione sit, si haec falsa esse posset, que firmitas in fide habetur? Vnde enim confare cuiuslibet posset in tali, vel tali reuelatione vnum fuisse Deum sua omnipotens, & falso pro vero reuelasse? Quapropter Scriptura ad Rom. 3. & Num. 23. aliter de Deo ac de homine loquitur; & de homine dicit eis mendacem, non quia omnis homo mentitur, sed quia potest mentiri; at de Deo contra dicit esse veracem, hoc est, taliter verum esse, ut nequam mendacium, & falso dicere posset; alia si mentiri posset, & fallere, aquæ est mendax, & fallax veras.

3 Neque obstat ratio dubitandi. Nego enim non implicare contradictionem. Et

Ad primam probationem admitto assensum falso peccatum non esse, nego tamen mouere ad illum non esse peccatum, quia est contra rectam rationem; recta enim ratio dicit neminem esse decipendum, nisi deceptio permitti posset.

Ad secundam probationem dico, ex eo quod ipse Deus hominem deciperet mouendo ad assensum falso, manifestè inferri mentiri, quia ideo ille homo interior loquatur per iudicium illud falso; ut ipse Deus exterius per tale iudicium loquitor, & ipsi Deo, tanquam authori praincipio tribuitur, & cum loquatur aliter, quam habet in suo diuino intellectu, mentitur; alias si Deus per reuelationes factas Propehiis non diceretur loquitus, falso affecter Paulus ad Hebr. 1. *Multifarum, multisque modis olim Deus loquens in Prophetis, nouissime diebus istu locutus est nobis in filio, &c.*

Ad tertiam probationem respondeo assensum fidei diuinæ causare assensum conclusionis falso; non ratione sui, sed ratione falsæ præmissæ, que ei adiungitur, quia cum conclusio sequatur de præmissa parte, & vna ex præmissis falsa sit, ipsa potest in conseqüens falsitatem derivare. Per se autem nullo modo causat assensus fidei conclusionem falso, sed solus occasionaliter, sicut ait Coninch. *disput. 10. dubio 4. num. 3.* Si jaceres sagittam in scopum, & Petrus illam deflexeret, ut Ioannes occidetur; & occisio Ioannis non potest dici à te per te causata; sed potius à Petro, qui sagittam deflexit, sic in præsenti.

#### P V N C T V M IV.

##### Quod, qualque sit obiectum materiale fidei.

**Q**uidam materiale voco, quidquid fide diuina credendum est: credi autem debet, quidquid à Deo fuerit reuelatum. Quod tamen hoc sit paucis explicabo.

##### S. I.

##### Sitne obscuritas de ratione obiecti fidei.

- 1 Hoc obiectum debet esse non visum.
- 2 Stante cognitione evidenti de aliquo obiecto, qui teneant se non posse de illo habere fidem.
- 3 Probabilis est approximatio.
- 4 Satisfit contrariis rationibus.

**V**T certa ab incertis separamus, certum est apud omnes Doctores Catholicos obiectum fidei, quatenus fidei est, esse non visum, id est, per fidem ipsam non videri, neque evidenter cognosci; constat ex Paulo ad Hebr. 11. ibi, *Fides, inquit, est perstandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Quia sane verba saltem sensu formaliter vera esse debent. Item ad credendum fide diuina requiritur specialis motionis spiritus sancti. Trident. sess. 6. cap. 6. ad credendum, & assertiendum obiectum evidentiis hæc motio non requiritur: ergo,

2 Quare difficultas solem est, stante cognitione evidenti de aliquo obiecto possit illius habere fidem.

Plures Doctores negant. scilicet D. Thomas 2. 2. quæst. 1. artic. 4. & 5. & ibi Cajetan. & Bannes. Scotus in 3. dis. 24. quæst. unica. ad questionem in fine. & 5. si alter loquarum Rich. ibi qu. 5. Capit. dis. 5. quæst. unica. art. 2. & 3. oportet 1. & 2. Mouentur primò, quia ea quæ evidenter cognoscuntur, absoluere apparent; ergo cum fides sit non apparentium, ut ait Apost. esse non potest de evidentiis. Secundo de ratione fidei est, ut ita reuelatio assentiaris, ut possit eis discernere, quia alia moriorum actus non esset; at si evidentiā illorum habeas, discernere nequam posset. Ergo fides cum evidentiis compati non potest. Terter scientia, & opinio de eodem obiecto non videntur esse possit simili, quia ne quis eidem obiecto cum formidine, & sine formidine assentiri; sed non minus pugnare evidentiis, & invidentiis. Ergo fides cum evidentiis esse non potest. Quartò ideo in Beatis non datur fides, quia Deum vident facie ad faciem. Ergo cum evidentiis stare fides non potest.

3 Nihilominus probabilis existimo te credere posse fide diuina omnia illa mysteria, quovadum evidentiā habes. Atque adeò fidem cumscientiū compati posse, sic Albertus Magnus in 3. distin. 24. artic. 9. & ibi Bonavent. artic. 2. quæst. 3. Gab. quæst. unica. artic. 2. conclus. 3. Valentia alios referens: in 3. dist. 1. quæst. 1. punct. 4. pag. 64. Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 19. artic. 2. in fine. Coninch. fide, disput. 11. dub. 1. conclus. 2. n. 15. Ratio est, quia plura proponuntur credenda fide diuina, quorum evidentiā habete potes, videlicet Deum sive unum, et sapientem, et fidem, & potentem promissa adimplere, & similia; sed ex hoc cognitione evidentiū impedit non potest fidei exercitum, alia deterioris est conditionis homo doctus inducto. Ergo Minorem probo. Nam accedebitis ad Deum, sive doctis, sive indoctis, propositum fide diuina credendum; quia est, & quia inquirentes se remuneratos sit, ad Hebr. 11. Sed posset contingere, quod saltē deesse Dei quis evidentiā habeat. Ergo talis evidentiā obesse ei non potest, quo minus fide diuina id ipsum credat.

4 Non obstant argumenta opposita. Concedo ea, quæ cuncte cognoscuntur esse apparentia non videquæ, sed ex vi illius cognitionis, quia evidenter cognoscuntur, cum autem cognoscuntur ex alia obiecta, & invidentiis, apparentia non sunt. Quocirca cum Apostolus dicit fidem esse argumentum non apparentium, intelligendus est formaliter, hoc est, esse argumentum non apparentium ex vi talis cognitionis, & secundum rationem, qua ipsa nititur: & in hoc sensu explicandus est Augustinus tractatu 40. in Ioannem, vbi dicit. *Quid est fides, nisi credere, quod non vides? Fides est, non potest vides, credere, veritas, quod creditur, videtur, & trahit. 7. 9. in Ioanne, hanc est laus fidei; si quod creditur, non videris; intelligendus enim est formaliter, & ex vi rationis, qua ipsa fides nititur. Similiter etiam explicandus est Gregorius hom. 1. 26. in Euang., cum dicit, neque fides habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum; non habet, inquam, meritum ex experimento; sed ex reuelatione, qua nititur.*

Ad secundum nego de ratione fidei esse, ut possit reuelatio diffinitè absoluere suffici, si possit eis diffire ex vi illius rationis, qua ipsa fides nititur. Item ad libertatem, & meritum non requiritur potentia ad difficiendum; sufficit, si potest habens ad non ascendiendum, ut recte explicuit Coninch. *disput. 13. dub. 4. num. 38.*

Ad tertium nego scientiam, & opinionem simul esse non posse: cum enim sub diversa ratione procedant, nulla invenitur repugnantia. Quod autem ex Durand. notat Valentia 2. 2. disput. 1. quæst. 1. punct. 4. & 5. ac post, pag. 66. scilicet assensum opinandum, & scientium, & assensus scientium, & supernaturalem fidei sola ratione differre, mihi non probatur: sicut neque Suarez *disputatione 3. de fide, 1. t. 1. q. 9. a. numero 7.* Non enim intelligere possim, quia ratione idem assensus possit falso subesse, & non subesse, & esse evidens, & evidentiā catena, et sub diversa ratione feratur. Addo si realiter idem est assensus opinandus, & scientium, & assensus scientium, & fidei diuinæ; assensus opinandus rationem formaliter obicituā fidei attingere, quia necessaria est illius cognitionis. Ergo implicat esse opinandum, hoc est, de fide incerto, cum diuino testimonio nitatur, etiam simul nitatur ratione humana.

Ad quartum dico in Beatis non dari fidem, quia loco fidei supernaturale lumen gloriae succedit, quod nequam contingit viatoribus. Addo in hac vita solum possit evidenter haberi de aliquibus obiectis, que per fidem diuinam creduntur, non de omnibus. Ergo erat necessaria fides tum pro illis, quæ naturali lumine cognosci non possunt, tum etiam pro illis, quæ per evidenter cognoscuntur, ut illorum cognitione metitoria sit.

##### S. II.

##### Sitne obiectum fidei evidenter credibile.

- 1 Variis rationibus probatur obiectum fidei esse evidenter credibile.
- 2 Propontur varia obiectiones, & fit illis satis.
- 3 Non est necessarium, ut quis fide diuina credat cognoscere evidenter fidei credibilitatem.

**I**llet obiectum fidei obscurum sit, & incidunt: at esse evidenter credibile mihi indubiatum est. Vicarius rationibus haec veritas comprobatur à Doctoribus, latè eas congerit Valent. *disput. 1. quæst. 1. punct. 4.* Bannes *artic. 4. dub. 4.* Coninch. *disput. 1. 2. de fide, dub. 3.* Præcipua est, que sumitur, tum ex prophetia, tum ex miraculis; tum ex stabilitate religionis, tum ex sanctitate eorum, qui cam proficiunt. Et primo ex prophetia non leue argumentum sumitur esse evidenter credibilem nosram fidem, siquidem multis ante (seculari) promulgata iure à Propheticis, que Christo contigerunt, ut recte expedit Propter. lib. de predicationibus, & promissionibus Patriarcharum, & Euseb. Caesarii, in lib. de Euangeli, demonstras. Augustinus libro 18. de

*de cœlitate Dei cap. 2.3. Clemens Romanus lib. 5. constit. Apof. cap. 6. ac contingentia futura non possunt certò prædicti nisi à D. Brigo à D. fuit hæc contingentia predicta. Ergo eisdem est fidem nostram dignam et p̄ omnibus aliis sc̄tis creditur; quia nulla est fœta, in cuius confirmationem similia miracula patata sunt; non enim mortui sunt resuēti, neque cœci illuminati, sicut palum factum est in confirmationem nostra religiosum. Ergo nostra religio euidenter est credibilior. Neque enim credi potest Deum in confirmationem fœtūtis tūr miracula patratur; alias obiecte ei possent fideles ab illo esse deceptos, ut bene dixit Richardus Victoria in libro 1. de Trinitate, cap. 5. Quod si omnia miracula prouenient neges, negare non potes eis maximum miraculum, tot regna, & propriae iudicantis religionem Christianam ab aliis miraculo: sicuti expedit Augustinus in libro 22. de ciuitate dei cap. 6. Tertio ex stabilitate religionis, contra quam neque Reges, nec Principes tyranni, neque heretici, neque idolorum cultores, neque Philolophorum arguitur, neque potius interni potuerunt, neque potuerunt praevaleat. Quod non leue argumentum est diuina potencia iam vt fibi proprium defendens iste. Quod lumen eius credibilitas nostra fidei ex sanctitate eorum, qui tam propter eam proliferantur, & ex constanza Martirium, qui pro ea patiuntur. Quae enim fœta est, aut fuit in mundo, quae tot viros, & formas angelicas vitam degentes habuerunt, tot fuerit Martirios illustrata, tot præclaris hominibus decorata? Ergo euidenter est hanc esse a Deo omnibus datum viam, ut possim ad finem regnatus peruenire.*

2. Sed obiecto primo. Si hæc argumenta probant fidem nostram esse euidenter credibilem, probant etiam esse euidenter veritatem, quia non alia via probamus veritatem nostre fidei, quam sapientis motus, & arguments. Si igitur a probant euidenter fidem esse credibilem, probant euidentes veram esse. Atqui euidenter esse non potest in fide. Ergo hæc argumenta non probant evidenter eam credibilitatem.

Respondeo, eis supradictis rationibus, & motuis, veritas totius fidei probetur, non tamen eodem modo probatur, ac probatur eius credibilitas, eius enim credulitas euidenter probatur, non sic veritas. Et ratio differentia est, quia credibilitas consistit in eo, quod digna sit credibilius: at res, quae in se inuidens est, & contingens, potest euidenter esse digna credibilius. Ergo state optime potest euidentia credibilitatis, ab aliis euidentia veritatis. Euidentes probantes euidentiam credibilitatis, non probant euidenter rem ita esse, sed obscuram, & inuidentem, & qualis in se est, relinquunt.

Obiecto secundo. Si supradictæ rationes euidenter persuadent fidem illam sequendam, quonodo tot heretici, & pagani, quibus haec rationes proponuntur, illam reuident?

Respondeo illam reuident: tum quia supradictorum rationum efficacia non calent malitia, & prauis moribus excusat, iuxta illud Sapient. 2. Executis eos malitia eorum & 2. Corinth. 4. Deus huius saeculi excusat mentes infidelium, ut non fulgeat in eis illuminatio Euangelij gloria Christi, tum quia eis vim, rationem percipiunt, malitia tamen, & affectu erga se aut suos magistrum nolunt illam acceptare.

Obiecto tertio. Supradictæ rationes ad summum probant omnino, quae per fidem proponuntur, digna esse credibilius: at esse digna credibilius non videtur probare. Ergo non sunt mysteria fidem euidenter credibilius fidei diuinæ.

Respondeo non solum probare supradictas rationes mysteria fidei esse digna credibilius, sed etiam digna fidei diuinæ. Quia probant eis mysteria reuelata à Deo, quibus merito cordatus, & prudens debet assentiri, non tamen est euidenter, fidei diuinæ te afflent.

3. Autem tamen non esse necessarium, ut quis fidei diuinæ crederet, euidenter cognoscere eius credibilitatem; sufficit, si aliquo modo eam cognoscet: hac enim ratione rudes, & ignorantes à maioribus instruti attentuerunt mysteria fidei, qui sibi peruident in re graui non esse decipiendo, quae tamen peruiduo non constituit euidentiam credibilitatis fidei, esto ex illa aliquatenus deduci possit, sic Valent. dispens. 1. quæst. 1. punct. 4. fine, pag. 96.

## §. III.

## Quæ sunt obiecta fidei.

- 1 Nullum est alind præter contentum in symbolo Apostolorum, sacris litteris & Apostolicis traditionibus.
- 2 Proponitur obiectio, & fit fatus.
- 3 Nella veritas Ecclesia, credenda proponitur fidibus ad salutem necessaria, quæ Apostolicis incognita fuerit.
- 4 Proponitur obiectio ex varia Scriptura & locis.
- 5 Fit illi fatus.

<sup>1</sup> Responderemus possumus esse ea, quæ in symbolo Apostolorum, sacris litteris, & Apostolicis traditionibus continentur. Neque alia successu temporis fidibus credenda

proponuntur, ut satis colligitur ex Trident. sessione 4. Nam licet Ecclesia in dies illuminetur propositione, & explicari pluriū veritatum, quæ antea erant incognita, & abstrusa non iam illuminatur in aliqua veritate; quæ in sacris litteris, traditionibusque Apostolicis contenta exprimitur, vel virtualiter non sit. Et ratio est manifesta, quia sibi d. ministrum Christus Dominus processus, si suis discipulis, & magistris totius orbis necessario credenda ad salutem non manifestaret, sic Diuus Thomas communiter receptus 2. 2. quæst. 1. artic. 7. & ibi Caietanus, & Banes, Valentia dispens. 1. quæst. 1. punct. 6. preci- pue ad 3.

2. Neque obstat Ecclesiæ habere autoritatem non solum definendi, & explicandi aliqua esse reuelata, sed etiam proponendi fidibus ea, quæ denovo reuelata sunt. Quia licet Ecclesia gaudeat prærogativa nouas reuelationes recipiendi, ut tellatur Valent. punct. 1. & punct. 6. ad 3. quod Banes artic. 7. conclus. 1. in fine, non placet existimat namque Ecclesiæ non indigere nouas reuelationibus, sed solum gaudere auctoritate Spiritus sancti in explicatione eorum, quæ reuelata sunt, non tam gaudeat prærogativa recipiendi reuelationem de aliquo mysterio, quod Apostolicis, & Ecclesiæ magistris reuelatum non sit, arque adeo temper verum est eadem esse obiecta fidei, neque in dies augeri.

Neque etiam obstat plures fieri posse reuelationes à Deo de rebus contingentibus, tum Pontifici, tum a iis singulatis personis, quas diximus terminare possi fidem, si ab Ecclesiæ proponerentur credendas; quia hæc non sunt obiecta fidei necessaria ad salutem in singulari; nisi quatenus vestuntur auctoritate Pontificis, quem credere debemus etiā non posse in propositione carum rerum, quas ad salutem animæ convenientes esse debet. Hac ratione credendum nobis est Sanctos canonizatos esse in eis, religiones has approbas esse viam secundum in dies augeri.

Neque etiam obinde fit alia esse obiecta fidei, quæ in sacris litteris non continentur virtualiter; continentur enim omnia hac obiecta in sacris litteris, non in singulari, & expressi, sed virtualiter, & per euidentem consequentem: cum enim in sacris litteris continentur sit etiā non posse Pontificem in declaratione eorum, quæ ad mores vniuersales Ecclesiæ proponit, & ipse proponat Sanctorum aliquem colendum ut beatum, & in eis degenerem, & religionem aliquam, ut secundum salutis viam; efficitur sane hæc omnia sacrifici litteris virtualiter contineti.

3. Ex hac doctrina fit primo nullum ab Ecclesiæ veritatem fidei credendam fidibus proponi, de his que pertinent ad salutem; quam Apostoli clariss., & expressiss. non cognoverint. sic Diuus Thomas 1. 2. quæst. 106. artic. 4. ad 1. & 2. 2. quæst. 1. artic. 7. dub. 2. vbi contrarium alterare erroris nota. mutat. latè probat VValden. lib. 2. doctrinalis fidei. cap. 22. & 23. can. lib. 2. de locis, cap. 7. & lib. 4. c. 4. Alphoni. à Castro in sua summ. lib. 1. c. 8. Valent. disp. 1. quæst. 1. punct. 6. sibi non obstantibus & 6. ad 3. pag. 10. 1. Videatur manifeste probari ex illi Ioan. 14. Paracletus quem Pater misit in nomine meo. ille vos docebit omnia, &c. & Ioan. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiuist a Pare meo, nō feci vobis, & Ioan. 16. Cum venieris ille spiritus veritatis uero, docebit vos omnem veritatem. Si igitur aliqua veritas necessaria ad salutem superesse, quæ spiritus sanctus Apostolos non docet, et falax est Christi promissio, quod absit.

4. Dies. Spiritus sanctus, cum super Apostolos descendit, non docuit illis omnem veritatem absolute, sed quæ visa sunt pro illi tempore necessaria: at successu temporis aliam, & aliam veritatem eis manifestauit. Ergo ex illis locis non satis infertur Apostolis omnem veritatem fidei esse manifestatam, sed esse manifestatam, quo pro illo tempore necessaria erat.

Antecedens probati potest tum ex illo Act. 10. vbi Petrus, & alii Apostoli non videntur satis cognovisse admitti pelle incircumcisos ad fidem: à quo dubio, seu ignoranti liberati sunt visione illius linea de cœlo in terram missi, in quo erant quadrupedia, &c. & voce facta: Occide, & manduca, tum ex cap. seq. ut reliqui Apostoli, & fideles incepabant Petrum, quæ introitio ad viros incircumcisos, & mandauit cum eis: Ipsiisque Apostoli, eis dispersi fuerint per varias regiones occasione exortæ perfectionis: post mortem Stephanus non aucti sunt fidem Gentibus prædicare, sed solum Iudeis. Tum etiam Actuum 15. magna fuit contentio in Concilio illo congregato Hierosolymis, an Gentiles admittendi ad fidem circumcidendi debent: qui quiesceret non potuerunt, quovisque Petrus dixit, visum est spiritui sancto, & nobis nihil imponere, &c. at veritas haec summe ad salutem petrinebat. Ergo non omnem veritatem ad salutem spiritus sanctus Apostolus manifestauit, cum super illos descendit.

5. Respondet primò posset admittendo Apostolos non fuisse plene instructos in omni veritate ad salutem necessariam, cum super illos spiritus sanctus descendit, sed non obinde sequitur, non verificari spiritum sanctum, cum descendit, docuisse illos omnem veritatem: docuit namque illos omnem veritatem, non in illomet infinito, in quo visibilis apparuit, sed in reliquis in quibus innubilis apud illos existit. Cui explicationi facit communis modus loquendi, sibi enim amico te inserviat.

fatum nuntium, qui cum veniret, certiorum faciet de omnibus, quae tibi acciderunt: non tamen ad veritatem huius propositionis requiratur, ut cum primum nuntium pertuererit, omnia que tibi acciderunt, parter: sufficit si paulatim amico manifestarit.

Secundò & probabilius respondeo negando antecedens, & ad probationem dico, Petrum non fuisse instrumentum legales ceremonias necessarias non esse, sed fuisse instrumentum, qua ratione se à Iudeis illum oppugnantibus defendere. Item fuisse instrumentum in particulari, quos debet tunc admittere, quidem illa vita significaret. Nam licet clare cognoverit circumstitionem necessitatem non esse, & legales ceremonias iam non obligare: omnesque Gentiles ad fidem admitti posse: at ne- scire potest, an hic, nunc admittendi estens, ob scandalum pulsorum, à qua dubitatione liberatur visione illa. Neque obstante huic expositioni illa verba Petri, In veritate compiri, quod non sit personarum acceptio Deus, &c. quasi ante illam visionem non competeret acceptare Deum Gentes, sicut & Iudeos: compertum enim habebat; sed non ex illo facto: sicut Deus Abraham volenti sacrificare Isaac dixit: Nunc cognoui, quod times Dominum, quia ex illo facto cognoverat, etiam si aliunde cogitum haberet. Quod vero Apostoli non aucti fuerint Gentes praetulare non probat intellectus Genes excludi à fidei confessione Baptismi; sed ad summum probat non indicare illud tempore esse convenientem illi fidem manifestare, quod multis rationibus id iudicare potest. Ad illud verò de conventione Apostolorum super circumcisionem fecit omnes Pontifices ex Gracis testantur fuisse simulata conventionem, ut omnes illi, qui legalium oblationem praetendebant, obmutescerent, vi- dentes Petrum sententiam Pauli acquisierere, & quasi delictum suum recognoscere, in præventione à se habita de observatione circumcisionis.

## P V N C T V M V.

An obiectum fidei indigat Ecclesia propositione, & quam efficaciam, & autoritatem habeat  
Ecclesia in obiecto fidei  
proponendo.

**G**rauissima est hæc difficultas, id eoque per partes examinan-  
da est, sed non ita late, ac multi recentiores.

## S. I.

Quid sit Ecclesia, & quæ eius proprietas.

- 1 Variis modis Ecclesia sumitur latè, & strictè. Quid utrumque.
- 2 Catechumeni non sunt propriè Ecclesia membræ, bene tamen heretici, excommunicati, & peccatores baptizati.
- 3 Proprietates Ecclesia sunt septem. Et explicantur.
- 4 Congregatio fiduciarum Romano Pontifice obediens est vera Ecclesia.

**P**remittenda est cognitio Ecclesiæ, antequam eius au-  
thoritatem inuestigemus. Ecclesia ergo variis modis sumi-  
tur. Primo vñversalissime pro qualibet collectione Deum venerante, vt sumitur ab Apostolo. ad Ephes. 1. & 5. cap. comprehendente collectionem hominum, & Angelorum, & viatores, & beatos. Secundo modo premissus sumitur pro congregazione fiduciarum, seu qui fidem in Deum profiterentur. Et hoc modo eadem est Ecclesia, que fuit ab initio mundi, & quo modo est: sed quia haec professio fidei diversimode habetur polo Christi aduentum, ac antea, ideo Ecclesia post Christi adventum defini-  
tur, vt sit congregatio fiduciarum seu eorum, qui fidem Dei sub speciali sacramentorum signo, & sub eodem capite profiterentur. Constat hoc definitio ex capite Ecclesiæ, distincti, 1. & cap. firmi-  
ter, de summa Trinitate, & fide Catholica, & tradit altos referens Bannes 2. 2. 1. art. 10. in commun. circa princ. Valent. disp. 1. q. 1.  
p. 7. q. 4. §. 14.

**E**x hac definitio sit primò Catechumenos, cuius fidem firmatani habeant, non tamen esse propriè Ecclesiæ membra, quia non profiterentur fidem sub speciali sacramentorum signo, esto sint quoad metum Ecclesiæ membræ: merentur enim salutem, sicut si intra Ecclesiam residerent. Secundò sit hereticus & eis intra Ecclesiam, & extra Ecclesiam. Sunt intra Ecclesiam, quatenus sub speciali sacramentorum signo fidem aliquando profiterentur, & ratione illius professionis Ecclesia potest illos punire, & coercere. Sunt tamen extra Ecclesiam, cum quia sunt extra rationem inuisibilium cum Christo: tum quia reiungunt fidem, in qua reliqui fideles con-  
veniant: tum quia Ecclesia illos cuncti à se, & membraria, & reliquo corpori damno. Tertiò sit peccatores, & reprobores baptizatos ad Ecclesiam pertinere, &

illius membra esse, iuxta illud Matth. 13. vbi Ecclesia nomine regni caelestis comparatur agenæ misse in mare ex omni genere piuum congreganti, habentique bonos, & malos. Comparant etiam decem virginibus, fatus, & prudentibus. Item arca ha-  
benti triticum, & paleas, & domui, in qua lunt vaia in honorem, & alia in coniugiam. Et ratio est manifesta: nam peccatores baptizati profiterentur fidem eodem signo Baptismi, & aliorum sa-  
cramentorum, ac præstabilitati. Neque in his video est inter Catholicos controvërsia. Quarto sit excommunicatos ad Ec-  
clesiam pertinere, & illius membra esse: tum quia esse possunt membra vita, & Christo Domina inuisibiliter vita per charita-  
tem, si contriti, & penitentes existant: tum quia non deserunt fidem, sed solùm excludantur à participacione communii oratio-  
nem, & lustragiorum Ecclesie.

3 Proprietates huius Ecclesie ad numerum septenarium te-  
nuuntur, ve ex doctrina omnium Catholicorum constat:  
hæ sunt, quod sit una, sancta, Catholica, apostolica, visibilis, ab  
spiritu sancto gubernata, & extra quam salus esse non potest.  
Dicunt una, quia est ab uno principio, scilicet Deo vocata: &  
ad unum finem, nempe vitam æternam, & per voicam media-  
nariam summa sacramenta: & sub uno capitulo, & pastore Christo,  
sicutus vicario. Secundo est sancta, tum quia plures fan-  
tas habet, eti omnes, quos habet, sancti non sint. Tum quia  
eius caput principium, sanctum est, scilicet Christus. Tertius  
vicarius, quatenus talis est: tum quia sanguine Christi sanctissimi  
est decorata, multiplexque charismatum donis ornata,  
& in diuinum cultum spiritualibus præcepis, instituit,  
& sacramenta dedicata est: ita ut verum sit omnes illius  
partes sanctissimum cultum proficeret, etiam vita sancte non  
non profiterentur: ac denique, quia vocat nos omnes, ut lobrie,  
& iustitiae, & pie vivamus in hoc seculo. Tertia est Catholica, id  
est, vñversalissima ratione fiduciarum, qui eius membra sunt, re-  
cipi enim omnes, qui salutem velint conquiri, sicut Iudeus,  
sicut Græcus, sicut seruos, sicut liber, sicut masculos, sicut feminas:  
cum ratione loci, quia ad omnem locum extendit, iuxta illud:  
In omnem terram existit fons eorum. Tum ratione temporis,  
quia visque ad finem mundi sine interruptione duratura est, si-  
cuit etiam ab inicio aliquæ Dei Ecclesia fuit. Neque oblat in  
passione Christi Apostolos scandalum passos est, Matth. 26.  
quia non obnide sequitur dereliquisse fidem, sed solùm expediti-  
tus illam non manifestasse. Neque oblat etiam in fine mundi  
ob persecucionem Antichristi dixisse Christum Dominum Luce  
18. Paterne filius horum veniens inuenies fidem in terra: quia  
inde non sequitur aliud nisi in paciis esse fidem inuenientiam, ut  
recte Diuus Augustinus lib. de unitate Ecclesie, c. 13. Tum denique  
vñversaliter dicit ratione doctrinæ, quæ vñversaliter  
vera est, nullumque errorum continet, neque contineat poteſt.  
Quarta est apostolica, tum quia ab Apostolis habuit initium,  
& ab illis per orbem terrarum propagata est: tum quia eorum  
doctrinæ, & traditiones sequitor: tum quia eorum martyrio, &  
sanguine decorata est. Quinta est visibilis, id est, vñlo ipso co-  
gnoscibilis: cognoscere enim potest euidenter esse in mundo ali-  
quem hominum corum, ita Deum colentem, ut merito vñusquisque  
debeat, eti obscurè, & ineuidenter, ac firma fide cognoscere  
esse veram Ecclesiam: quæ euidenter non est an talis cœtu, &  
hominum congregatio recte colat Deum; hec enim euidentia  
pugnat cum illo articulo fidei. Ordo Ecclesiam sanctam Catha-  
licam. Sed euidentia est adeo in mundo talium cœtum, &  
congregationem, ut merito vñusquisque debeat de illo credere  
de diuina Deum recte colere. Sexta proprietate est affinitas  
divini spiritus, ob quam nec fallere, nec falsi potest. Est enim  
Ecclesia, ut ait Apostolus 1. ad Timoth. 3. columna, atque firmamentum veritatis, a quo firmamento excludi debet omnis error,  
& ignorancia etiam inculpabilis. Alias non est certa regula, si  
aliquando fali, aut fallere possit. Ex qua proprietate sequitur  
pastores, & Doctores omnes errare non posse, tum quia si  
possent errare, dicetur absolute Ecclesiam errare posse: si  
cum hi sint praincipia Ecclesiae membra, eti in aliis Ecclesiæ denomi-  
nanda est, iuxta doctrinam Aristot. libro 9. ethicorum, capite 9.  
Tum quia ex doctrina Apostol, ad Ephes. 4. hi dati sunt a Christo  
Domino, ut reliquæ fideles doceant, non circumferantur omni-  
vento doctrina. Requiritur ergo, ut fitim, & infallibiliter veritatem cognoscant, & doceant. Tum denique, quia si hi omnes eri-  
t, otiam Ecclesiam eorum error infecteret: si reliqui fide-  
les tenentur superiori viris, & Doctribus obediunt, iuxta il-  
lud Matth. 23. Super cathedram Moys' sedetur scriba & pha-  
risæ; omnia ergo quecumque dixerint vobis, servate, & facite.  
Sed dices: Aſſistentia spiritus sancti Petrus canum, cuiusque ſuc-  
cessoribus promissa est, iuxta illud, Tu es Petrus, & super hanc  
petram aſſiduabo Ecclesiam meam, & illud. Ego pro te rogao: Pe-  
tre, ot non deficit fides tua. Ergo non est promissa reliqui Do-  
ctoribus, & magistris. Ergo hi errare possunt.

Relpondo, cum dicimus, omnes pastores, & magistri er-  
rate non posse, Pontificem, seu summum pastorem, & magis-  
trum non excludimus. Si autem ut distinctos à summum Pon-  
tifice illos summanus: eti de fide non sit, non posse errare: at  
et theologicè certum nunquam erratores, quia hoc pertinet  
ad specialem Dei prouidentiam, qua Ecclesiam regit, &

gubernat. Ultima proprietas Ecclesiae est esse viam salutis, neque enim extra Ecclesiam salus esse potest: qua ratione D. Petrus 1. epist. cap. 3. cum eum arca Noe comparauit. Ratio autem est manifestissimum nemo potest salutem consequi, nisi cui Christi membra faciat, & cum illo per fidem, & charitatem viritus: sed qui est voluntate extra Ecclesiam, non virutus Christi; sed potius a Christo separatur. Ergo salutem consequi non potest, sed ex tantum palme extra viam, qui solum igni defertur. De his autem proprietatibus videndum est Cardinalis Turcetum in illo fatus eruditio lib. sue summa de Ecclesia, à prima libro 1. & Melchior Cano lib. 3. & 4. de locis. Walden. lib. 2. de distinctione fidei Banne. 1. q. 1. art. 10. Valentin. disp. 1. q. 1. p. 7. a. §. 16. & alijs relati ab eisdem.

<sup>4</sup> Sed inquit, an haec propriae soli congregationi obedienti Romano Pontifici pro tempore existenti conuenient, ipsa sola Ecclesia sit?

5. Quo si lex, & constitutio pro una prouincia, vel diaconi ferantur: et si aliqui Doctores sentiant errare posse Pontificem, quia tunc minus Pontificis getere non videtur, eo quod uniuersalem Ecclesiam non additringat: at credo de fide esse nec tunc posse. Hoc docet *Bannes 2.2. q.1. art.10. dub.6. conl.4.* Et ratio videtur manifesta: primum, quia Pontifex, quatenus iupemus eum palor, legem statuit obligante aliquam prouinciam, quia secundum hanc rationem, non solum regimem totius Ecclesie illi commisum est: sed etiam cuius potest, quia illius est iupemis regula veritatis, cum etiam respectu cuiuslibet prouinciarum sit eadem regula, efficiunt sane errare nullo modo posse. Secundum, si admittas errare posse Pontificem in statutis specialibus, praecipiendo, inquam, obseruari ab aliquo prouincia, quia contraria sunt legi diuinæ, seu naturali; videbis admittente errare posse circa totam Ecclesiam. Nam Ecclesia uniuersalis si sibi sensis habet fundatum ad credendum sic ordinatur, & præceptum bonum esse, & seruandum ab illa prouincia, sed tale iudicium eroneum est. Ergo co-gitur ex errori speciali Pontificis Ecclesia uniuersalis errare, quod non est dicendum.

*Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.*

## §. IV.

An sit de fide Pontificem errare non posse in canonizatione Sanctorum.

1. Qui negare videantur, & qua ratione probent.
2. Probabilis est de fide esse Pontificem errare non posse.
3. Satisfit argum. num. 1. adiutio.
4. Canonizatio Sanctorum soli Pontifici competit.

**N** Egare videtur D. Thom*quodlibet. 9. art. vlt.* affirmat inter iurisdictum infallibile Papæ de rebus fidei, & iudicium fallibilis eiusdem de rebus ciuilibus, & criminalibus. Unde interfici pietatis credi non posse, talis iudicium fallax esse. Idem afferit D. Anton*in p. tit. 12. cap. 8.* Caecian*in opuscul. de indulgenti. ad Iustitiam. cap. 8.* Melchior Cano *lib. 5. de locis. cap. 5.* *Bannes 2.2. q.1. art.10. dub.7. conl.2.* Omnes enim iij affirmant de fide non esse Pontificem errare non posse in canonizatione Sanctorum: at esse ita certum, ut temerarium sit, scandalosum, & hereticum sapienti, affirmare pontificem errare posse.

Mouentur primò, quia canonizatio Sanctorum fit ex testimonio habitu de sanctitate, & miraculis Sancti canonizat, sed hoc testimonium, cum humum sit, fallax esse potest. Ergo, Secundò ut fide diuina credere cogemur, hunc canonizatum in celo est: fide diuina credere teneremur, illa miracula sanctitatem illius quibus ad canonizationem motus pontificis fuit, vita esse; atqui hoc est impossibile, quia impossibile est fide diuina credere veritatem, quia reuelata non sit, sed miracula, & sancti illius canonizati, immo status illius in celo nullibi reuelata sunt. Ergo. Confirmo, Ecclesia non proponit novum articulum fidibus credendum, qui a Apostolis, canonis que scripturis propositus non sit: sed nullibi propositum Augustini, Franciscum, Dominicum, Ignatium in celis effigie cura Ecclesia id ipsum proponit, non proponit tanquam fidei articulum, sed tanquam veritatem omnino certam moraliter, & cui aliis humani meriti adhiberi debet. Texto solum hereticus esse confutat, qui negat in Pontifice autoritatem declarandi Sanctorum statum: non autem qui negat sic declaratum in celis assistere, ut traditum supradicti DD. & specialiter Melchior Cano. Ergo Pontificis declaratio non constituit rem de fide.

**N**ihilominus probabilis existimo, non solum temerarium, & scandalosum, sed etiam eroneum, & hereticum esse affirmare errare posse pontificem in Sanctejum canonizatio-ne. sic docet Valent. 2.2. disp. 1. q.1. p.7. q.6. §. 40. ver. itaque, pag. 230. & seqq. Mouent primo, quia ex antecedenti §. constat de fide esse pontificem errare non posse in legibus uniuersalem Ecclesiam (p)ciatibus: non cum potest aliquid statuere contrarium legi diuinæ, & naturali: sed si errare posse in canonizatione Sanctorum, statueret legem contrarium legi diuinæ, & naturali. Ergo de fide est in iis non posse errare. Minorem probo: quia canonizatio sanctum obligat omnes fideles assentiri illum in celis esse, & tanquam Dei amicum venerari: si autem error adficeret, iam obligaret fideles falsitatem assentiri, & veneracionem facete veneratione indigno, quod est legi diuinæ, & naturali contrarium. Ergo, Secundò de fide est sanctos inuocados esse, & eorum reliquias venerandas. Ecclesiænamque gaudere authoritate declarandi, quibus haec inuocatio, & veneratione abhinda fitur: constat ex Clem*& Extrauag. de relig.* & veneratione Sanctorum, & ex Trid*eff. 2.5. decret. de eadem re.* Ergo de fide est Sanctum, qui declaratus talis est ab Ecclesia, inuocandum, & venerandum esse alias fructuanea efficit authoritas. Ergo de fide est esse in celis, aliis inuocati, & venerari non posse.

3. Neque obstante contraria.

Ad primum dico pontificem non solum ex testimonio humano moueri ad faciendam canonizationem, sed ex speciali instinctu, & assistenti Spiritu sancti, ratione cuius, eius declaratio firma, & infallibilis existit.

Ad secundum, & eius confirmationem concedo fide diuina credendum nobis esse sanctitatem illius canonizati, non tamen miracula allegata, quia à miraculis canonizatio non pender necessario, vera enim else potest eius sanctitas, & in celis assentire, quin miracula allegata vera fuerint.

Ad probacionem dico sanctitatem canonizati, & illius in celis assentiam, non esse singulariter, & explicitè reuelatum, et tamen reuelata virtualiter, & implicitè. Tum quia reuelatum est in celis assistere, quia in gratia ex haec vita migravit, itemque est reuelatum, pontificem errare non posse ob assistentiam diuinæ Spiritus in iis, quæ ad religionem uniuersalem Ecclesie pertinent. Ex quibus manifeste deducitur de fide esse, hunc canonizatum verè in celis esse, cum sequatur ex tua p̄missa de fide, & altera euidenti, ut patet in hoc dictoru. De fide est pontificem errare non posse in his, quæ cultum uniuersalis Ecclesie spectant, sed veneratione huius Sancti, posita canonizatione est cultus obligans uniuersalem Ecclesiam.

X 3 Ergo

DE  
ASTRO  
ALATO  
TOM.  
LIV

Ergo in illo errare non posset. Quod si virginis aliud esse affer-  
tum perentibus cœlum proximam esse, & Pontifici promis-  
sum esse afflitemum Spiritus sancti, & aliud assertum, quod hic  
canonizatus sic vivit; & quod hic & nunc Spiritus sanctus in  
haec canonizatione praestiterit eius afflitemum: sicut aliud  
est credere in hodiaria recte consecrata ecclesia corporis Christi; & aliud  
credere hanc numerio holiam esse ritè consecratam. Nam pri-  
mum illud generale suppositum est de fide. Secundum certum  
morali: ut de aliis propositionibus videtur dicendum. Facile,  
inquam, respondetur ad summum probare esse de fide non per  
se primo, sed per se secundum, co quod ex duplii reuelata, vel  
sicut ex una reuelata, & altera evidenti sequatur: quod tamen  
non sequitur in exemplo aliato de hodiaria; nam esse hanc hb-  
fiam consecrata, non est certum certitudine evidenti; sed lo-  
rum morali: at quod hic Sanctus in eolis assistit, posita defini-  
tione de fide eti; quia de fide est esse certum quod Ponitex  
obsergandum proponit Ecclesia vniuersitati;

ad tertium concedo affirmare posse erat Pontificem in canonizatione Sanctorum, non esse tanquam hereticum absoluere damnandum; quia non afflatus aliquid quod contrarium sit his, que Ecclesia recipit tanquam de fide certa absque vila controversia Doctorum. Videntur namque Canum, Baenae, & alios in principio relativos sentire de fide non esse, Ponit enim erat non posse. Ergo Ecclesia non defendit tanquam de fide certum sive vila controversia. Quocirca ea maiori probabilitate, & certitudine, qua existimamus de fide esset. Ponit enim in canonizatione Sanctorum erat non posse, ea affirmasdam est hereticum esset, qui negaret.

4 Adiutoriam canonizare Sanctos solum summo Pontifici competeat; ut confat ex cap. 1. de relig. & veneratione Sanctorum, & sine illius licentia nemini Episcoporum licet aliquem pro Sancto venerari, & tradit Macfarland. 2.82. n. 50. August. Barbour de poes. Episc. p. 3. alleg. n. 43. Azot I. p. infra. moralib. 5. cap. 6. q. 1. Cenedo ad decret. collat. 52. n. 4. Mat. Anton. Conuenientis in præfixo Archiepisc. Neapol. cap. 5. fine.

§. V.

Quid dicendum de beatificatione Sanctorum , an  
inquit , in ea Pontifex errare possit , & quo-  
vis ue licet eorum veneratio.

- 1 Quid sit beatificatio.
  - 2 Usu modo à canonizatione distinguatur.
  - 3 Temerarium, & scandalum est afferre Pontificem in beatificatione Sanctorum errare posse.
  - 4 Eadem corititudine tenendum est non posse Pontificem errare in beatificatione, ac in canonizatione.
  - 5 Licetne alii ab his (quibus facultas conceditur) Sandrum beatificari venerari. Proponitur opinio Torres.
  - 6 Pro decisione quid sit adiudicandum.
  - 7 Resolutior longe pius, & probabilitus esse ex devotione omnium aquanimiter ilium venerari posse.
  - 8 Satis est argum. num., adductis.

**A**b antiquis scriptoribus nihil de beatificatione auctum  
est; recentiores tamen aliqui pauca subiungunt.  
Primo primitudinis est, quid sit beatificatio. Secundo,  
quaesitione à canonizatione distinguatur. Et primò beatifica-  
tio est quadam facultas, & scientia concessa aliqui province  
speciali, vel Ecclesiæ, seu religioni, & aliquem tamquam San-  
ctum & in ecclesiæ existentem colat. Sed quia culte potest mul-  
tiplici cultu, feliciter Missæ sacrificio, orationibus & processio-  
bus, publicis votis, illius invocatione, & imaginis gestatione,  
Pontificis beatificando illum, simili etiam determinare potest,  
quo cultu venerandus sit.

<sup>2</sup> Secundo præmitendum est, beatificatione à canonizatione distingui in eo, quod canonizatio est facultas, & licentia concessa non alicui provinciai speciali, sed universaliter Ecclesiæ aliquem, ut Sanctum venerandi, & consequenter eti consilio, & facultatis venerandi Sanctum, ex cultu, & veneratione, quæ solene Sancti canonizati venerari. Aliquis videtur distinguiri beatificatio à canonizatione; quia canonizatio obligat totam Ecclesiam, vt canonizatum venetur; beatificatio vero non obligat totam Ecclesiam; imo neque pro vinciam, pro qua beatificatio concedit, ut beatificatio venerare possit; sed solum eius venerationem permitit. At credo hanc distinctionem subfistere non posse, quia à ratione canonizationis non est obligare totam Ecclesiam, vt canonizatum venetur: nam si ad hoc obligaret, obli garet ad aliquem cultum exhibendum à tota Ecclesia; ac proinde vt tota Ecclesia, vel Missam, vel processus, vel processionem aliquam in eius honorem funderet: quod non sit specialemente de omnibus Sanctis. Ergo solum ex canonizatione conceditur facultas, & licentia canonizatum venerandi; præceptum autem alius venerationis non fertur quod exercitum, sed ad lumen, quod speciem hoc est, circa Sanctum illum aliquam actionem exercere debas, ea en-

tus, & veneracionis sit. Quare tam canonizatio, quam beatificatio, est facultas & licentia Sanctum publico ritu, & solemniter venerandi; non tamen videtur esse praeceptum de illius expressa, & quoad exercitium venetatione. His premissis.

3 Alicui videbitur Pontificem in beatificatione Sanctorum errare posse, etiam in canonizatione liber ab errore sit; quia ex hoc errore non sequitur iuris Iudicium Ecclesiae errare, si quidem non proponitur iurisperfici Ecclesie Sanctus ille coledus.

Ceterum dico primum temerarium esse, & scandalolum affir-  
mate in beatificatione Sanctorum Pontificem errare posse;  
qui absque illo fundamento, & contra rectam morum insti-  
tutionem dicentur. Quapropter existimo neminem Catholi-  
corum in hac parte dissentire, precipue si beatificari sit, qualis  
semper esse solet, in qua conceditur, ut Missa sacrificium in  
honorem illius celebretur.

4 Secundò dico eadem certitudine tenendum esse, Pontificem erat non posse in beatificatione Sanctorum, ac in canonizatione. Probo, quia Doctor loquentes de canonizatio-  
ne, & affirmantes Pontificem erat non posse, nihil de beatificatione scriperunt. Ergo signum erat sub canonizatione vo-  
luisse beatificationem comprehendere. Secundò Pontifex bea-  
tificans Sanctum aliquo Missa sacrificio, hoc est, concedens,  
ut aliquod Missæ sacrificium in ilius honorem celebretur, to-  
ti Ecclesie venerandum proponit; quia nomine totius Ecclesie  
sacrificium offeratur: ipsa quæ tota Ecclesia medio illi ministro,  
& sacrificio ab illo oblatio Sanctum illum veneratur: id in his,  
qua pertinent ad cultum vniuersitatis Ecclesie erat non potest  
Pontificis. Ergo, Ex his patet solutio rationis dubitabili. Ne-  
gamus enim non sequi vniuersalim Ecclesiam erat, si eret  
Pontifex in beatificatione. Nam licet à Pontifice non propo-  
natur venerandus per vniuersalim Ecclesia ministros; propo-  
natur tamen venerandus ab vniuersalii Ecclesia per speciales ali-  
quos ministros; & hoc sufficit, ut Ecclesia ipsa erate dicatur.  
Maior pars diffidat, ut in lege alio, sibi omnis

5. Maior autem difficultas est, an licet alia, ab his, quibus  
facultas concedit, venerari Sanctum beatissimum, rite in  
beatificatione praescripto, v.g. concedit religiosis Societatis  
I.E.S.V. venerari sanctum illum Ludovicum Gonzaga, vel beatissimum  
franciscum Borgia, sacrificio Missae, & horis canonicas,  
die quo e vita dicitur, poterunt ne clericis facultates processio-  
nem sollemnam, & sacrificium in eius honorem effere, siue in  
sua Ecclesia, siue in nostris, siue ipso die, quo e vita dicitur,  
siue alio?

Ludouicus Torres 2.2. *disput.* 17, *lab. 8. artig. 9.* namque  
ationem, & omnis scripturæ locutus est: negat namque haec  
omni licet. Probatque potest primo, quia nemini licet  
ab ipso autoritate Sedis Apolitica omnium honore publico  
venerari cap. 1. de relig. & venerat. Sancti, sed Apolitica se-  
dum solum religiosi Societatis Iesu hos Santos venerari  
concessit. Ergo nemini alteri habebit illos venerari.

Dices, ex concessione fidei religiosis Societatis Iesu sublata est prohibicio omnis facta in supradicto cap. 1, siquidem si solum prohibetur venerari aliquem abh[ic] autoritate Sedis Apostolicae; at in huius venationem iam authoritas Apostolica intercedit. Ergo licet omnibus venerari sed contra, quia authoritas Apostolica earentis intercedit, quatenus licentiam, & facultatem concedit Missa sacrificium celebrant, sed non concedit omnibus sacerdotibus, sed solum Sacraeis I & S religiosis. Ergo solum pro religiosis Societatis Iesu, & non pro aliis authoritas Apostolica intercedit. Et ego solum ipsi, & non alii poterunt illos Sanctos venerari. Secundum si omnibus licet Missa sacrificium celebrare, ut quid Pontificis concordem limitat pro aliqua speciali prouincia, & specialibus personis? Tertio, hac concessio facta religiosis celebrandi Sanctum beatificatum sui ordinis, est quedam permisso, seu priulegium detegans vienuelas prohibiciones facta in cap. 1, de relig. & veneratione Sanctorum, ne aliquem veneremur abh[ic] autoritate Sedis Apostolicae. Ergo manet integra prohibicio comparatione illorum, quibus priulegium non est concordum. Quarto sequeitur nullus esse differentiam inter Sandrum canonizatum, & beatificatum h[oc] modo: nam si de Sancto beatificato omnes possint ex deuotione Missam, & officium recitare, nihil aliud de Sancto canonizato possunt. Ergo nulla est differentia.

6 Ut autem huic dubitationi respondeam, premito alio  
est M. sicut propriam, & officium proprium, alicius Sancti  
recitat, aliud Missam yoruim, & officium yoruum. De D.  
Petro, & Paulo, Augustino, Domitio, & Francio dicunt  
M. sicut propria, & officium proprium non omnibus diebus an-  
ni, sed vno dumtaxat, extra quem nemo potest atenisi regulis  
Missalis, & Breviariorum reformati a Pio V. Grego XIII. & Clem.  
VIII. Missam & officium proprium illorum celebitate. Item  
de pluribus Sanctis canonizatis nemini concessum est Missam  
propriam, & officium proprium dicere: & de aliquibus solu-  
cione sicut est alii prouincie, vel singularibus personis. Ve-  
rum hinc limita a concessio non obstat, quoniam Missam yoru-  
iuam & officium yoruum qualibet illis exhibe posse. Quia  
eo ipso, quod Sedes Apostolica illos in Sanctorum numero  
retulit, & dignos iudicauit, ut in ipsorum gloria faciem  
offertur.

offerentur nomine totius Ecclesiae; consequenter iudicauerit posse quemlibet fidelem, si velit, similem eis, ex deuotione honorum praefare. Hoc posito.

Dicendum est longè plus, & probabilius esse, posse quemlibet sacerdotem Missam votivam, & officium votivum recitat in honorem illius beatificati, pro quo Sedes Apostolica concessit aliqui speciali religione, vel proximè Missam, & officium proprium aliquo die celebrare. Probo quia una Misla in uno loco eiusdem valoris est, & estimatio: ac plures Missae pluribus in locis factæ. Ergo Sedes Apostolica concessio, ut in honorem aliecius Misla aliqui dicatur, simili declarari dignum est, in cuius honorum onus dici possunt. Sed hæ declaratione facta tollitur prohibito tælata in cap. I. de relig. & venerat. Sæntorum, in qua cauerit neminem eis venerandum sine auctoritate Romanae Sedis. Nam cùm hunc Sæntum ex tua deuotione veneraris, auctoritate Sedis Romanae facs, quæ iudicatur dignum esse illa veneratione. Neque odat si dicas verum esse Romanam Ecclesiam concedentem, ut in honorem aliecius Misla celebretur, simili declarare dignum est, ut ab omnibus Sacerdotibus illo culto possit venerari: at inde non inferi, posse omnes Sacerdotes illum venerari, non quia beatificatus dignus non sit; sed quia ipsi imputantur. Non inquam, obstat si quia nemini publicum religiosum cultum ex deuotione aliqui exhibendum impeditur, ut quia is, cui est exhibendus, non iudicatur à Sede Apostolica dignus illo: quod constat manifeste ex his, quæ dicit Alexander III. in cap. I. de relig. & veneratione Sæntorum, vbi occasio aliquotum, qui hominem quedam in potatione, & cœnitæ occasio venerabatur tanquam Sanctum, subiungit: illum ergo non presumatis de cetero colere, cum usum per eum miracula fieverint, non licet vobis ipsum pro sancto absque auctoritate Romana Ecclesie venerari. Ergo solum ad venerationem exhibendam requirit Alexander, ut prius Romanam Ecclesiam pro Sancto veneretur, sed eo ipso, quod i concedit Romanam Ecclesiam Mislam in honorem ipsius celebrare, illum pro Sancto veneratur; siquidem exhibet illi supremum cultum, quem exhibere potest. Ergo hac concessione facta quilibet potest eodem cultu Sanctum pro deuotione venerari.

Et confirmo exemplo cuiuslibet Sancti canonizati; in cuius honorum omnes concurvunt posse vñibiliter, & quilibet die quemlibet Sacerdotem Missam dicere, non quidem propriam; quia fortè pro vno die illi est alijsigata, sed votivam, iuxta regulas Misla votivæ, eo quod à Sede Apostolica iudicatur est dignus, et si honor exhibetur, sed etiam in Sancto beatificatus iudicium fecit, cum Mislam in ipsius honorem dicere aliquibus personis permisit. Ergo:

Ex his inferius posse quemlibet eius imaginem adorare, & adorandum in altare constitutæ, & publicis processionalibus circumferte; hi enim cultus longè inferiores sunt Misla, & officio. Si ergo Pontifex cum dignum iudicauit cultu, qui per Mislam, & officium canonicum exhibetur, à fortiori dignus iudicatur etiæ omib[us] aliis.

3. Argumenta in contrarium nullas sunt ponderis.

Ad primum respondet ut ibi. Ad probationem dico auctoritatem Sedis Apostolicae religiosis concedeat Mislam, & officium dignum in honorem illius Sancti, dupliciter intercedere potest. Primo approbando Sanctum, ut dignum in eius honorum Misla, & officium ab omnibus celebretur. Secundò concedendo facultatem aliquibus tantum Mislam, & officium proprium dicendi. Hoc secundo modo admitto pro aliquibus tantum personis auctoritatem Apostolicae intercedere, legit etiam oīci reperi in Sancto canonizato. At primo modo in pede totius Ecclesie vñieralis, auctoritas Apostolica intercessit ut rationem in conclusione allatum.

Ad secundum respondere digerunt eis dicere Mislam & officium diuinum proprium, ac dicere ex deuotione: dicere enim proprium, specialis solemnitas, & favor est factus ab Apostolica Sede: sicut etiam specialis favor factus religione septem Francisci, & singularis honoris D. daci; cum in ipsius honorum ab omnibus Ecclesiæ Sacerdotibus Misla propria ex eius die felicissimi obitus dicebarat: et non ex eo quod in passione nemini aliena à religione D. Francisci licet Mislam proprium dicere, prohibiti sunt, qui voluntariæ votivam.

Ad tertium concessionem illam, & eis priuilegium, & cœnitæ tenctionem conditionis, sub qua lex læta in cap. I. de relig. & vñ. Santi obligat. Et enim remoto illius conditionis, quantum est approbatum dignitatis, & meriti Sancti beatificati. Nam cùm ilia lex prohibeat venerationem publicam sancti, qui à Romanam Ecclesiam probatus non fuerit, approbatione Pontificis removetur conditio, regula ad prohibendum. Est item illa concessio priuilegii quatenus est concessio, & facultas Mislam propriam, & officium proprium dicendi. Ex quo sit probationem factam in d. cap. I. cessare in veneratione Sancti beatificati, quia estat negatio approbationis Pontificis sub ea obligat.

Ad quartum dico esse diu Islam rationem inter Sanctum canonizatum, & beatificatum: nam licet de pluribus Sanctis canonizatis non possit Misla propria, & officium proprium

dici, eo quod non sint relati in Missali, & Breuiario. Et in hæ parte nulla videtur specialis differentia inter canonizatum, & beatificatum: at de Sancto canonizato dici posset, præcipi saltem quoad speciem illum credere in celis existere, & dignum esse in eius honorum Misla, & officium celebretur: de Sancto tamen beatificato id solum permittit. Quapropter concluso polse Ecclesiæ Cathedrales. Episcopos cum suis Clericis subiunctos Santos beatificatos honorare Misla Pontificia, & officio votivo, processioneque solemni, cui opinioni subscrivimus. Salmantice anno Domini 1625, cum hic casus consultus fuit, Doctor Balboa in Ecclesia Salmanticensi d'Ortiz, & in universitate primam cathedrali canonum regens. D. Alvarus de Oca, & Samenio vespertina cathedrali & nonnum moderator, D. Martinus de Bonilla deleti cathedrali regens, D. Petrus de Vaga, primarius legum professor. Ex Auguſtiana familia subscrivimus. M. Baſilius de Leon, M. Bernadinos Rodriq. M. Franciscus Dominguez in universitate professor: & etiam ex familia D. Bernardi subscrivimus M. Angel. Manrique, M. Alphons. Perez, M. Ludovic. Bernard. Ex familia D. Benedicti subscrivimus M. Fr. Didac. de Salazar, M. Benedictus de la Serna. Ex D. Francisco, Fr. Petrus Ladion de Guenara, Fr. Laurentius de Villalate, Fr. Sebastianus Fajardo. Ex familia virginis de la Merced. subscrivimus M. Galpar de los Reyes. Ex nostra Societate subscrivimus PP. Ioannes de Mottemayor, Franciscus de Prado, Petrus Pimentel, Ludovic. Roa, Ioan. Martinez, & ego minimus, aderam enim iuncte Salmantice.

## §. VI.

Quid dicendum de religionum approbatione, an inquam, Pontifex errare possit.

1. Nequam Pontifex approbare potest religionem aliquam consuetaneam esse Euangelio, qua ita non sit.
2. Negre secundum leges prudentia errare potest Pontifex in religionum approbatione, qui affirmavit.
3. Contrarium qui defendant, & quomodo probent.
4. Numquam est presumendum Pontificem in hac materia minus cauus, & prudenter procedere.

**C**VM Pontifex religionem aliquam approbat, approbat vitæ aliquod institutum sub voto paupertatis, castitatis, & obedientie, tanquam apertissima, & Euangelio nimis conforme ad salutem consequendam: hoc autem institutum & continet sicutem aliquem ad diuinam gloriam & salutem æternam pertinentem, & insuper media aliqua, quibus hic finis obtinet potest. Dicendum ergo existimo de fide esse, non potest Pontifex in approbatione huius finis, & mediotum, que sibi proponuntur, errare: ita ut approbat tanquam consequentiam euangelicae perfectionis, quod vere consequentiam non sit. sic docet Valent. 2.2. d[icit] p[ro]p[ter]e 1. q[ua]d 1. p[ro]p[ter]e 5. §. 41. col. 220. & colligit ex Constantini ssf. 8. vbi damnatur ultimo loco error Vyclephi, alterius impudentissime omnes religiones indiferentes esse introductas à diabolo: cui errori non leue pat[er] o[ste]nsum est, si Pontifex potest aliquam religionem contrariam euangelicae perfectioni approbare ut convenientem: talis enim approbatio à diabolo est, non à Christo, & eius vicario. Probatum autem breuiter supradictam conclusionem est[em] de fide; quia de fide est Pontificem, quatenus talis est, errare non potest, in his, que ad fidem, & mores pertinent vñieralis Ecclesiæ; non enim vñieralem Ecclesiam docete potest aliquod falsum: alias non est in Ecclesia promulgus spiritus veritatis; sed si Pontifex approbat aliquod institutum religiosum tanquam Euangelicae perfectionis conueniens approbat, quod re vera convenientem non est, sed potius contrarium, errore penitiole Ecclesiam obtruderet. Ergo id fieri nullatenus potest.

**Q**uite inter Catholicos solum esse potest difficultas, an secundum leges prudentia errare possit Pontifex approbando aliquam religionem, cuius intentione licet malum non sit, neque contrarium perfectioni euangelicæ; est tamen minus convenientis Ecclesiæ, vel quia minus durum, vel laxum sit; vel quia ex illo sequitur confusio aliqua in Ecclesiæ, & feror[is] (piritalis) in aliis religionibus dominatio.

In qua re Valent. d[icit] p[ro]p[ter]e 1. q[ua]d 1. p[ro]p[ter]e 7. §. 41. col. 221. ver[ba] quod verb[is] araret, affirmat nequam in hac parte Pontificem errare posse. Moutur effaci satis ratione: si enim Pontifex admittit religionem quam prædictis omnibus circumstantiis debet restringere, Ecclesiam obligat ad rem aliquam, que non in Ecclesiæ adiunctionem, sed potius destructionem cedit: siquidem obligat Ecclesiam, ut religionem illam restringat, sed potius accipiat & religiosos illius fecundum habet & permitat: que religio, ut supponitur, spectat omnibus circumstantiis minus fini convenientis est, quam est carens illa; id Pon[er]t[er]ea non est potest obligandi Ecclesiam in his, que illi nocient. Ego non potest obligandi Ecclesiam in his, que illi nocient. Ego non potest obligandi Ecclesiam in his, que illi nocient. Ego non potest obligandi Ecclesiam in his, que illi nocient.

3 Contrarium defendit Barnes 2.2. quæst. i. art. 10. dub. 8. concil. 5. Moveretur primò, quia Innocentius III. in cap. vlt. de religiosis & Gregorius X. in cap. eodem it. in 6. prohibet sumiter nouarum religionum institutionem, ne nimia religionum diversitas grauen in Ecclesia Dei confusionem inducat. Sunt ergo Pontifex runc temporis non esse conueniens nouam religionem instituere. Ergo si de facto illam approbarer, tem inconvenientem Ecclesie videueret facere. Secundò sapè approbas religiones Pontifex reformati, vel dissoluit. Ergo sensu Ecclesie Dei non conuenire, ut existerent. Nam ideo dissoluit, quia non iudicant conuenientes. Ergo ante dissolucionem inconvenientes erant. Sed non obstante hac inconvenientem approbabant, & Pontifex obligabat viuferam Ecclesiam ad iliarum receptionem. Ergo optimè Pontifex potest obligare viuferam Ecclesiam ad rem, quia illi aliquo modo inconveniens est, quia ex alio capite habet conuenientiam. Tertio. Negari non potest, posse Pontificem leges rerum agendarum, & quæ necessariae non sunt ad salutem, ita multiplicare, ut eatum multiplicatio recte Ecclesia gubernacioni inconvenient. Ita ergo similes poterit religiones ita multiplicare, ut carum multiplicatio confusione inducat, & regimini Ecclesiae præjudici.

4 Ergo vero dicendum existimo nunquam presumendum esse Pontificem in approbatione cuiuslibet religionis minus cautele & prudenter procedere, est inimicis iniuria non leuis facta Pontifici, & contra debitam reverentiam, & subordinationem, quam debet filiis suo supremo pastori exhibere ex facto tamen, & in te ipsa minus caue & prudenter procedere aliquando potest non quidem approbando religionem, quæ re vera inconvenient sit ex se, sed quæ ex aduersis circumstan- tias minus conuenient. Neque aliud probant argumentum Barnes, quibus ratio Valentini non obstat. Concedimus namque Pontifici datam non esse potestatem obligandi Ecclesiam ad ea, quæ absoluē nocua sunt & ipsius destructionem. Affirmamus tamen esse eam potestatem obligandi Ecclesiam ad ea, quæ absoluē illi conuenit ut eis non æquæ conuenientia sint, ac opposita. Alas plures legum obligatio celaret, neque firmi esse possemus in iliarum executione.

## §. VII.

An concilia generalia, & provincialia errare possint in rebus fidei definiendis.

- 1 Præmititur triplex esse Concilium generale, provincial, & Episcopale.
- 2 Concilio non potest Pontifex delegare potestatem definiendi infallibiliteres fidei.
- 3 De fide est Concilium a Pontifice confirmatum autoritatis esse infallibile.
- 4 An confirmationem nullam habet autoritatem infallibilem.
- 5 Propounder adversus supradicta aliquot obieciones, & solvantur.

1 P ræmittit debet triplex esse Concilium, Synodum, seu congregatiōne sacerdotum, maxime Episcoporum ad res fidei definiendas. Primo generale, in quo ex necessitate concurvant Episcopi omnium regorum, ut veniant quotquot potuerint: iuxta textum in cap. placit. 18. dist. c. 4. de iure iurand. Abbatibus vero generales ordinis, & a iij hominibus docti ex privilegio conueniant: ut vocauit Turturcema lib. 3. de Ecclesia, cap. 5. Et secundum est Concilium provincialia in quo congregate Episcopi viuferae provincie, aut regni. Tertium est Concilium Episcopale, seu locale, ubi clerici totius diocesis congregantur. Concilium generale autoritate Pontificis est necessaria congregandum ut constat ex cap. bene quidem 9.6. dist. 1. Et ex toto dist. 17. & habetur in cap. significasti, de electione, & tradit pluribus ex omnibus Turturcema lib. 3. de Ecclesia, cap. 6.7.34. Et 36. Caetera opuscula de authoritate Papæ, cap. 16. Bellatim, tom. I. controver. 4. Et ratio est manifesta; quia conuentus, & congregatio Episcoporum sine voluntate, & consenti capitis, quæ est Pontifex non Concilium Ecclesiasticum nuncupari debet, sed schismata, & conspiratio, ut dicit Pelagius c. multis, 17. dist. 1. Sicut si Magnates regni conuenient ab lique contentu Regis ad agendum de legibus regni, non comitia, sed conspiratio dicetur; ut bene expendit Barnes 2.2. quæst. 1. art. 10. dub. 3. notab. 3. Valent. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 4. col. 270. Concilium provincialia autoritate Metropolitanorum, seu primarii euocatur. Concilium diocesanum autoritate Episcopi, ut ex ipso via contat, & tradunt upr̄ relati Doctores. Secundò præmitto loqui nos posse de Concilio ante Pontificis confirmationem, vel post illam.

2 Præmitto tertio non posse pontificem delegare potestate definiendi infallibiliteres fidei. Ratio est, quia hæc consistit in assistenti diuini Spiritus ex promissione divina, quæ cum solum facta sit Petri, & eius successoribus solus ille, &

cuius successor han affilientiam habere possunt. Ergo aliis non potest illam ex delegatione neque alia via habere. Item quia haec potestas est quædam grata pertinens ad donum Apostolatus, sicut & propheta, & sciencia & sapientia, quæ alis comunicari non possunt: & ita tradit Turturcema lib. 3. de Ecclesi. cap. 6.8. Et 38 Barnes 2.2. quæst. 1. art. 10. dub. 4. vers. 2. quapropter secundum supponendum est. Cano lib. 5. Valer. dispens. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 45. col. 273.

3 Dico primo de fide esse, quodlibet Concilium auctoritatis esse infallibilis, si à Romano Pontifice fuerit confirmatum qui Romanus Pontifex est supraem, & infallibilis regula veritatis. Ergo vbiunque eius confirmatio auctoritatem, error committit non potest. Deinde, quia primum Concilium, quod fuit in Ecclesia celebratum non fuit generale, sed speciales non enim fuit ex omnibus Apostolis, sed tantum ex quatuor, nempe retro, Paulo, Iacobu, & Barnaba: & tamen ibi dictum fuit, vixum est spiritu sancto & nobis. Ergo ad definitionem facienda non indiget pontificis generali Concilio. Denique plures errores damnati sunt in Sinodis provincialibus à Pontifice confirmatis, qualis fuit error Pelagii in Mileviana Sinodo sub innocentio. Et in Aranicensi, & Cartaginensi. à Leone I. & Bonifacio. Et error p̄ficiili in Concilio Toletano 1. confirmato à Leone I. & nuper ex Sixto IV. confirmatum est Complutense Concilium, in quo furenti damnari errores Petri Ormondi, & ex cap. de libellis, distincto conitat decreta Concilii provincialis Carthaginensis, Ancyrensis, Neoscalatensis, Gangren, Sardicens, Africani recepta esse tanquam de fide ab viufera Ecclesia. Ergo.

4 Dico secundum. An confirmationem pontificis nullum Concilium quantumvis generale est infallibilis veritatis: sic tradit ex communis sententia Barnes 2.2. quæst. 1. art. 10. dub. 3. concil. 3. Et dub. 4. concil. 2. Valent. disp. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 45. probo primo, quia nemini nisi deo & eius successoribus concessa est spiritus diuini assistentia, ne in rebus fidei eret ut ex sepe dictis constat. Sed Concilium quantumvis congregatum est auctoritate pontificis, non est successor Petri, sed solum pontifex. Ergo Concilium, ut distinctum à pontifice, non est infallibilis veritatis. Secundo omnia Concilia, quæ in Ecclesia ali juam auctoritatem habent, à sede Apostolica sunt approbata, ut constat ex cap. significasti, de eccl. vbi rationalis pontificis sit: Omnia Concilia per Romana Ecclesia auctoritatem fidei sunt. Et robur accepertunt, & in cap. Concilia, distinct. 17. inquit Symmachus, quod quia non habent, presentatio ne id est auctoritatem potest, valedicendum periderunt. Ideo quod Concilia hanc confirmationem expollunt, ut videri potest ex his, quæ refert Turturcema lib. 3. cap. 3. & constat ex Trident. sess. vlt. in decreto de fine Concilij, ibi enim decernunt petendam esse per Legatos confirmationem à Sede, Apostolica. Sunt ergo Concilia absque hac confirmatione, & approbatione firmari, & infallibilis veritatem non docere. Tertio à Concilio generali quantumvis legitime congregato datur appellatio ad Romanam Sedem. Sed à prima regula & infallibili veritatis dari non potest appellatio, ut de se constat. Ergo Concilium secundum pontificis non est prima regula, & infallibilis veritatis. Maior propositio, in qua est difficultas, deciditur à Bonifac. VIII. in Extravag. canam sanctam, de maioritate, Et obediens, inter communis, & lat. & crudeliter probat Turturcema lib. 3. sum. cap. 47. & D. Thomas quæst. 10. de parent. zia, art. 4. ad 13. Quartu, quia sunt aliqua Concilia generalia auctoritate Pontificis congregata, non tamen confirmata in quibus aliqui errores inveniuntur. Ergo Concilium non confirmatum à Sede Apostolica non est infallibilis veritatis. Antecedens probatur iure ex Concilio Epiphonio II, quod fuit à Leone I. iudicatum, non tamen confirmatum, quod errores Diocletiani, & Eutycherius admisi, ut tradit idem Leo epist. 12. 13. Et 21. Et alii seqq. Tum ex Cœlio a sacerdoti sub Eugenio IV. cuius defectus expedit Turturcema, lib. 3. de Ecclesia, cap. 100. & Cajetan, in tract. de auctorit. Pontif. cap. 8.

5 Verum aduersus hanc, meo iudicio, indubitate, sententiam, sunt aliquot obieciones, ex quarum solutione magis eius veritas elucidabitur. Primus, Concilium generale auctoritate Pontificis congregatum reperit totam Ecclesiam, & maximè, si ibi ad finis Sedis Apostolica Legati, ut docuit Martin. V. in fine Concilij Constantiensis: sed Ecclesia viuferis erat non potest, etiam si non eret Pontifex, aliis aduersus Ecclesiam portare inferi præulerent. Ergo Concilium, cum ut distinctum à Pontifice est infallibilis veritatis.

Huc obiecione respondet Melchior Canus lib. 5. de locis Theolog. cap. 5. & Barnes 2.2. quæst. 1. art. 10. dub. 4. concil. 2. & ad primum argumentum, circa finem Concilium generali si fumatur pro omnibus Patribus Concilij errare non posse: si curi neque omnes Ecclesie fideles: at si fumatur pro maiori parte congregatorum errare potest. Sed hoc solutio mihi non probatur, pugnat enim cum doctrina conclusionis: siquidem infallibilis veritatis concedit omnibus Patribus Concilij ut à Pontifice dist. tis. Quapropter secundo respondeo, omnes partes Concilij, & Legatos Sedis Apostolicae, esti ratio, vel nonquam erint, errare tamen posse: neque obinde sequitur

sequitur Ecclesiam vniuersalem errare: tum quia omnes illi Patres non sunt Ecclesia vniuersalis, etiam si vniuersalem Ecclesiam representant, tum quia non representant illam, nisi ad investigationem rerum fidei, & illarum assensum, non ad errorum. Quare exstantes Patres illi possunt a Pontifice emendari, & reliqui fideles in fide iustificari. Vnde non sequitur ad actus Ecclesiae Dei portas inferi praevaleare; sic docent Catechismi in tractat de authoritate Pontificis cap. 9. Valentia disp. I. q. I. punct. 7. §. 45. col. 273.

Secundum. Vbi duo, vel tres congregantur in nomine Christi, ibi Christus promittit adesse, Matthei 18. vers. 20. sed ad definitionem regum fidei, & morum, congregantur in nomine Christi omnes Ecclesiae pastores. Ergo ibi auctus Christus infallibiliter, necter.

Hac argumento responderemus Bannos supra dub. 3. concl. I. cum congregantur Episcopi, & pastores Ecclesiae auctoritate Papae, congregati domine Christi, ac proinde nunquam sic errare posse, quia si errarent, non haberent, à quo possent corrigi; quia non possunt corrigi a Pontifice; non quia Pontifex ilorum caput non sit, & superior: sed quia ipse non potest illos corrigit, nisi consultatione, & examinatione facta; sed nullam correctionem examinationem adhibere posse, quam cam, quae est à Concilio generali. Ergo stante hac examinatione, & consultatione errorea, non datur locus correctionis. Haec solutio remissa non est, qui tribuit Concilio infallibilem auctoritatem, & definitum concilium possum, in qua resolutum solum Pontificem esse regulare infallibilem; reliquos vero errare posse. Quapropter aliam solutionem subiungit Bannes, inquit enim Concilium sic congregatum erat non posse errore culpabilis: cum enim congregatum sit religiosa, ac pia intentione inveniendi veritatem, si de facto coniungit errare, eius error culpabilis non erit, & citio ab illo ex benignitate Dei liberabitur. Audo supradictum locum de efficacia orationis ad imperandum, quidquid sic congregatis expeditum est ad salutem, debet intelligi, non de infallibilitate definitionis. Deinde dici potest congregatis Concilium in nomine Christi ad agendum de rebus fidei, non tametsi ad infallibilitatem definitam: hoc sui munus non est. Quod si velis de infallibilitate definitio loqui, intelligendas es adeste ibi Christus, ut si verum definiant, Pontifex confmet: si autem falsum determinaverint, repellantur, & corrigantur. Cum vero virges non posse emendari quod sic determinatum est, quia non potest Pontifex certatum examinationem adhibere. Respondeo posse emendari, vel quae definitiones infallibilites ad examinationem facta pender: vel spiritus sanctus disponit aliam examinationem loco illius subrogari latiorem, & certioriem, eti non à tot Episcopis facta sit.

Tertio. Ante Pontificis confirmationem anathemate damnant Concilia eos, qui ab eorum decretris discenti. Ergo sciantur eorum definitionem habere fidem veritatem?

Respondeo dantem anathemate, quantum est in se, si a Pontifice dogma contrarium approbatur, non tametsi absoluere.

Quarto. Paes congregati in Concilio iudicis sunt controvenerunt fidei, sed non sunt iudices ex aliqua auctoritate humana, cum fides sit supra naturam. Ergo ex aliqua auctoritate diuina. Ergo sunt iudices infallibilis?

Respondeo. Paes congregati in Concilio & esse Confessioles famam Pontificis, quatenus illorum consilii virtutem ad eis fidem defensandas; & esse etiam judices vniuersales Ecclesiae, quatenus tenentur in rebus fidei prouocant, sed non sunt iudices supremi, sed dependentes a Pontificis approbatione: eorum tametsi auctoritas non est propriæ diuina, id est, in assistentia Spiritus sancti constitutas est humana, & diuina: humana, quatenus a Pontifice descendit; diuina, quatenus ex potestate diuina data Pontifici habent potestatem res fidei definiendi, non absoluere, sed secundum Pontificis approbationem.

Quinto. Quia facilius est singulari personam à veritate delectare, si ut singulari persona spectetur, quam Concilium: ac si confidetur Pontifex, quatenus pastor est vniuersalis Ecclesia, difficulter esse illi à veritate declinare, immo impossibile, quia Spiritu sancto protegitur.

Respondeo concedendo facilis est Pontificem deuiriare à veritate, si ut singulari persona spectetur, quam Concilium: ac si confidetur Pontifex, quatenus pastor est vniuersalis Ecclesia, difficulter esse illi à veritate declinare, immo impossibile, quia Spiritu sancto protegitur.

Ad confirmationem dico Ecclesiam habere ex Christo auctoritatem, in illis dumtaxat casibus circa Pontificem, scilicet ad eligendum illum, & ad deponendum electum, quando id concuenire Ecclesie indicatur. Neque inde sit Concilium esse supra Pontificem absolutum, tam quia non conferit Pontifici auctoritatem, sed offre personam Christo, cui Christus auctoritatem conferit: tam quia non deposita nisi in casibus specialibus, & quando Christo intelligi potest placere depositionem.

## §. VIII.

Quid dicendum de vnaanimi consensu Patrum, & Doctorum, an inquam, errare possit.

1 Idem dicendum videtur de his, ac dictum est de generali Concilio.

2 Proponitur obiectio.

3 Fit satie.

1 VIdetur idem esse dicendum, ac diximus de Conciliis. Si enim consensus Doctorum sumatur ante approbationem Pontificis, esti de facto nunquam erat, at certe errare potest, & a Pontifice emendari. Quia omnes Doctores, seculo Pontificis, non sunt regula infallibilis veritatis. Ergo à veritate deuare possunt. Accedente autem approbatione Pontificis, nemini Catholicon dubium esse potest infallibilis veritatis esse.

2 Dices Ecclesia vniuersalis errare non potest, etiam ut distinguita a Pontifice, quia in solo Pontifice non potest Ecclesia, quae est mater veritatis, residere: sed si vniuersitas Doctorum errare posset, omnes etiam fideles possent errare, hoc autem est impossibile. Ergo impossibile est vniuersitatem Doctorum errare posse. Minotem probo: quia id credere teneatur fideles, quod Doctores vnaanimi consensu docent: sed Ecclesia non teneat credere nisi unum. Ergo quod vniuersi Doctores docent, infallibiliter verum est. Et confirmo. Ecclesia vniuersa non potest à veritate deflectere; siquidem promissus est illi Spiritus veritatis. Ergo neis Doctores siquidem ab eorum doctrina ipsa omni dependet.

3 Respondeo Ecclesiam vniuersalis, etiam ut distinctam à Pontifice, errare non posse, neque etiam vniuersos Doctores, non quia ipsis Spiritus sanctus immediatè assistit, & iste regula veritatis, sed quia hoc pertinet ad speciem Dei prouidentiam, qui immediatè assistit Pontifici, ex cuius assistentia facit, ne Doctores omnes quorum consilio, & doctrina virtutem in controvercis fidei, deficiant, dari sunt enim hi Doctores Ecclesiae, tangam oculi humano corpori, ut ipsam illuminent, & ostendant, quid verum sit, & fidei conforme.

## P N C T V M VI.

In quoniam subiecto fides diuina residet.

1 Residet potentia intellectus, & est habitus praticus, & spiritualius.

2 Alia est fides perfecta, alia imperfecta, alia viva, alia mortua.

3 Ad fidem affensem aliquis habitus in voluntate requiritur.

4 In Angelis, & in nostris primis parentibus, cum primum producti sunt, residet fides Dei unius, & trini.

5 Proponitur quedam obiectio, & fit illi latit.

6 In damnatis nulla est supernaturalis fides.

7 In beatis neque quoad habitum, neque quoad actum fides residet.

8 Secundus in animabus Purgatorij.

9 In hereticis non manet fides.

1 Præmitendum est fidem esse habitum supernaturalem inherentem potentia intellectus, siquidem ratione illius affensus intellectus iis, que diuinis revelata sunt, ut constat ex pluribus locis sacra Scriptura, ad Hebr. 11. Fide intelligimus apostolice fidei verbo Dei, & 2. ad Corint. 10. Capitulo in omnibus in obsequium fidei, & aliis. Cum autem revelata aliis sint operabilia, alia cognoscibilia tantum, habitus fidei & dici potest practicus, & speculatorius. Speculatorius namque dicitur quatenus inclinat ad affensem merè speculatorium, id est, rerum cogitationibilibum tantum, ut in affensi Deus est trius, & vons. Practicus vero nuncupari potest, quia inclinat ad affendiendum circa res alias operabiles, ut in hac propositione: Caffe viendum est: temperate est comedendum: iustum est hominibus benefacere, &c. sic Catechismus 2. 2. 9. 4. art. 2. & Bannes ibi, cum D. Thom. Valent. disp. I. qu. 4. punct. 1. & communiter.

2 Secundum præmitto, fidem aliam esse perfectam, aliam imperfectam, aliam mortuam, aliam vivam, aliam informem, aliam formatam. Dicitur fides imperfecta, mortua & informis, qua feuerata est à charitate, qua est vita anima. Perfecta, viva, & formata, qua charitate decoratur. Adsueto tamen fidem feueratam à charitate, non dici imperfectam, quia in se ipsa res aliqua imperfecta sit, est enim habitus supernaturalis perfectissimus, & omnino immutatus, sed quia eatur perfectio, ad quam ordinatur: cum enim fides ordinatur ad beatitudinem, & fine charitate illam convegli non possit, efficit rationes

ratione dixi paulus 1. Corinth. 13, omnia dona sine charitate nihil valere, scilicet ad effectum meriti, & beatitudinem conferendam, sic D. Thomas communiter receptus 2. 2. quæst. 4. artic. 3.

3 Tertio præmitto, ad fiduciæ assensum perfectum requiri in voluntate aliquem habitum, qui vel sit charitatis, vel obedientie, qua mouetur voluntas ad præstandum promptè assensum rebus fidei, fecis vero ad assensum absolute: sic nuper relati Doctores.

4 Dico primum certum esse debere tam in Angelis, quam in primis nostris parentibus, cum primum producti sunt, recessisse fidem. Conclusio est communiter recepta cum D. Thom. 2. 2. quæst. 5. art. 1. Caeteri, Bannes ibi. Valent. disp. 1. quæst. 5. punct. 1. eccl. 347. Coninch. disp. 17. dub. 1. conel. 1. & 2. Et videtur probari manifestè ex Apostolo 1. Corinth. 23. ubi loquens de tribus virtutibus theologalibus, fide, spe, & charitate, de sola charitate dicit nunquam excidere: ecce de fide, & spe. Inquit enim, cum veneris quod perfectum est, evanescatur quod ex parte est, cum succedit cogitatio perfecta visionis, scilicet cogitatio, quæ ex parte, & per enigmam habetur. Ratio est, quia superfluit cognitio obscuræ, & enigmatica supernaturalis, cum clara supernaturalis.

5 Difficilis autem est, quorum mysteriorum habuerentur in illo ita fides? Et quidem habuisse fidem Dei bonus, & trini-

ti, indubitatum est, quia cum Deus bonus, & trinus obiectum

est fidei præcipuum, illius explicitam cognitionem illa perfec-

tissima creaturæ, quibus se Deus tantisper communicauit, ha-

bere debebant. De mysterio autem Incarnationis, seu de Deo

Incarnato, non constat inter Doctores. Probabilis fatus est hoc

mysterium non cognoscisse, eo quod eorum fides, & grana non

videntur dare ex meritis Christi. Christus enim neque Ange-

lotum gratiam meruit, neque gratiam primò concessam no-

stris parentibus; siquidem Adamo non peccante Christus non

erit venturus. Ergo eius fides non fuit angelis neque Adamo pro illo statu necessaria: & ita tenet Torres 2. 2. disp. 27. dub. 1. Vaquez 3. part. 1. disp. 11. cap. vi. Coninch. credit satis pro-

babile super conel. 3.

6 Sed obiectus. Angeli, in modo homines in primo instanti

sue creationis cognoverunt evidenter se habere reuelationem

Dei, ipsius, & trini. Et de Angelis videtur res certa, quia cogno-

scerant evidenter a nulla creatura taliter illis cognitionem indici posse.

Ergo non poterunt habere fidem, quia fides est argumen-

tu, non apparentia: at tunc illa evidenter apparent esse

vera, quia apparent evidenter esse reuelata a Deo qui facere, &

falli non potest. Ergo.

Respondeo cum evidencia naturali in attestante, hoc est, cum

cognitione naturali evidenter de diuina reuelatione optimè posse

coherere fidem, quia fides est eorum rerum, quia non apparent

æquæ certa cognitione, ac cognitione fidei. Cognitio aitern naturalis, quam Angelii, vel primi patentes habuerunt, vel habet

Proprietate reuelationis libi facta, non est æquæ certa, ac est co-

gnitio fidei. Ergo non est obiectus cognitionis, ut latè probat Agidius de Coninch. disp. 11. dub. 2. conel. 2. & 3. Valent. disp. 1. q. 5.

punct. 1. vers. primum negandum, col. 349.

6 Dieo secundo in damnatio non est fides supernaturalis;

cessat enim fides ob quem conceditur, scilicet potestis se insuffi-

candi, actuunque supernaturale efficiendi ob voluntatem in ma-

lo obstat, nam docet cum D. Thom. 2. 2. quæst. 5. art. 2. Bannes

dub. 1. Coninch. disp. 17. dub. 2. numero 22. Valent. disp. 1. q. 5.

punct. 2. col. 351.

Sed obiectus primum. Demones credunt, & contemnunt, ut

dicit Iacobus 2. cap. Ergo habent fidem.

Respondeo demones quidem credere non fide diuina, sed

naturali evidentiæ Deum esse, illosque punire, aliaque huius

generis mysteria: cognoscunt namque naturali evidentiæ plu-

ta esse miracula facta in confirmationem fidei. Ergo cognos-

cunt fidei veram esse. Addit cognoscunt evidenter myteria

fidei, libi fusilli, cum fuerint in via reuelata. Ergo cognoscunt

vera esse: siquidem reuelatio de falsis esse non potest. Hæc

tamen cognitione non est fidei, sed scientie naturalis. Quapropter

non est demonibus libera, sed necessaria quod speciem,

& aliquando quod exercitum, cum obiecta necessariò obi-

cuntur.

Quod si virginas, si creditalis dæmonum non sit fidei diuina,

sed naturali scientia, male inferit Iacobus comparando

fides dæmonum fidei homini existentis in peccato: nam hæc

fides supernaturalis est, & initium salutis, nos tamen dæmoni

creditalis:

Respondet optimè comparat; comparatio enim ad hanc

factam facta est, ne glorietur peccator habens fidem, & creden-

do in Deum, iustificari, & beatitudinem consequi, quia opera

bona faciat & ratione huius finis subiungit. Demones credunt,

& contemnunt, quasi dicunt, si gloriantur te iustificari posse

ex sola fide in Deum, etiam gloriantur possunt dæmones, qui cre-

dunt, & contemnunt; sed cum ij non obstante eiusmodi credula-

itate evidenter gloriari non possint, quia iustificari nequeunt: ita

neque tu gloriantur poteris, quia iustificari nequis ex sola fide sine

operibus.

Secondum obiectum. Plures ex hominibus fidelibus, qui damnatur, nullum actum infidelitatis exercuerunt. Ergo non amiserunt

fides. Ergo illam recinetur, hoc enim videtur conuenienter ut sic fi-

deles ab infidelibus meius distinguantur.

Respondeo non amiserunt fidem in vita, at cum primam dam-

natur, illa spoliari, tum quia indigunt sunt tanto bono: tum quia est inutilis, & extra suam beatitudinem, ad quem comparandum ordinatur. Neque obiectum sit non distinguere ab infidelibus, quia distinguuntur per characterem baptismalem, qui in eis remaneat, vel ex graviori posna, quam patiuntur ob maiorem Dei cognitionem, quia abusus sunt.

7 Dico tertio. In beatis neque fide quoad habitum nec de quoad actum residet. Est communis Theologorum sententia. Valent. disp. 1. q. 2. vers. Respondet pag. 152. Coninch. disp. 11. dub. 1. conel. 1. & disp. 17. dub. 4. conel. 1. & 2. Et videtur probari manifestè ex Apostolo 1. Corinth. 23. ubi loquens de tribus virtutibus theologalibus, fide, spe, & charitate, de sola charitate dicit nunquam excidere: ecce de fide, & spe. Inquit enim, cum veneris quod perfectum est, evanescatur quod ex parte est, cum succedit cogitatio perfecta visionis, scilicet cogitatio, quæ ex parte, & per enigmam habetur. Ratio est, quia suprafluit cognitio obscuræ, & enigmatica supernaturalis, cum clara supernaturalis.

8 Dico quartio. In animabus existentibus in Purgatorio datur datum quoad actum, & habitum; quia non est ratio, quæ illa spoliatur, cum nondum perueniet ad patrum, nec visione Dei fruantur. Item dum sunt in Purgatorio, quæ ad Dominum peregrinantur, pro quo ita concedunt fides. sic Malder. 2. 2. quæst. 5. art. 2. dub. 3. Coninch. disp. 17. dub. 4. conclus. 3.

9 Dico quinto. In hereticis dissentientibus ex voluntate aliqui articulo fidei, fides non manet. Conclusio videtur omnino certa ex Trident. sess. 6. cap. 15. affirmante infidelitatem amittit fidei. Sed heretici pars est infidelitas. Ergo per hereticum amittitur fides. Item Paul. 1. ad Timotheum 1. dicit hereticum naufragium a fide, id est, naufragium in fide facere, ac proinde illam perdere: ut bene expicit Chyfostomus homil. 5. super illum locutus. Et ratio videtur manifesta: quia dissentient aliqui articulo, fidei illius articuli habent non potest. Ergo neque illam habere potest respectu aliorum articulorum, i. quia hoc est multiplex fides, sed una, & indubibilis. Et confirmo. Dissensus vñus articuli æquæ respaginat fidei, ac quodlibet peccatum mortale charitati: sed per quodlibet peccatum amittitur fides. Neque obstat te videri post illum dissensum eodem modo assentiri, quia si fidei obiectus, ac antea assentias, quia id provenit ex fide acquisita, quam habebas.

## P V N C T V M V I I .

Quæ requirantur ad actum fidei, & qualis ille sit.

1 Prærequiritur iudicium intellectus de evidentiæ credibilitate, ut rerum fidei.

2 Prærequiritur ex parte voluntatis pia affectio.

3 Explicatur, ad quam virtutem, supradicti actus pertineant.

4 Actus fidei non solum est supernaturalis quod modum, sed etiam in sua substantia.

5 Si fiat a peccatore ei meritarius de congruo, si ab homine in se, de condigno.

6 Fides initium est nostra salutis.

7 Fides duplicitur exerciti potest. Primum actu interiori. Secundum actu exteriori. Interiori exercetur, cum intellectus eu-  
latis ob testimonium Dei assentias. Exteriori, cum operibus, & signis exterioribus hunc assensum manifestas.

Et primum examinandum est, quæ requirantur ad actum inter-  
num fidei, si meritarius sit, & initium nostra salutis.

Dicendum omnino est cum communi omniis sententia prærequiritur primum iudicium intellectus, quo indices res fidei esse evidenter credibiles. probo, quia fidei assensus est firmus omnem dubitationem excludens: at ne quis firmiter, & sine villa dubitatione velle assentias obiecto, dum probabilitate iudicis non ita esse. Ergo ad assensum fidei caret debet omni iudicio probabiliti, quod res fidei non ita sit: ex alia autem parte, cum res fidei, & reuelatio illarum tibi non apparet, moneri non potest ad illarum assensum firmiter exhibendum, quia cognoscas ex aliquibus extinctis rationibus, & nonas si fidei credulas, ergo non potest. Prærequitur ergo hoc iudicium de fidei. Et confirmo: si probabilitas tantum cognoscere esse credenda, neque debet, nec possit firmiter, & indubitanter, sed solum probabilitate eis assentias: at fidei assensus firmus, & indubitus esse debet. Ergo.

2 Dico secundum, prærequisiti actum voluntatis, qui pia affectio vocatur: est sententia recepta D. Thom & omnium expositorum 2. 2. quæst. 1. art. 4. Ratio est manifesta, quia obiectum fidei est obiectum. Ergo ex se non valet intellectum tra-  
here ad illius assensum: indigere ergo motione voluntatis. Secundum, quia fidei actus, qui initium est nostra iustificationis, debet esse liber, ut constat ex Trid. sess. 6. cap. 6. ibi, liber mo-  
mentus in Deum credentes vera esse, quia dominus resulata sunt, &c.

et. sed non potest esse libertas, nisi actus voluntatis interueniat, à qua est omnis libertas. Ergo.

3. Sed inquires, cuius virtutis sunt actu; ij, qui ad actum fidei præterequatur?

Respondeo. Si loquuntur de actu illo iudicij, quo iudicas evidentes res fidei esse dignas creditu, ad nullam virtutem pertinet; et enim actus speculatorum scientie imperfecte, quo cum compati potest ex mala voluntate fidei diffensus. At si de illo actu iudicis, quo iudicas hic, & nunc, conueniens esse, te rebus fidei propriis affert, loquuntur, ad virtutem prudentiae pertinere debet, siquidem ditigit voluntatem ad rectam operationem. De actu autem, quo voluntas intellectum mouet ad fidem affensem, credo ad virtutem fidei pertinere. Probo, quia fit in fidei honestate; determinat enim intellectum ad fidem affensem, quoniam in tali affensem reperi; repenit enim esse honestum conformitatem nostrum intellectum cum divina veritate, illigique adhædere: & ex tali honestate determinat intellectum ad affensem fidei. Ergo ad fidem virtutem fidei pertinere. Deinde hic actus voluntatis, qui est pia affectio, est ex speciali gratia Dei, ut videtur apter definiendum in Conclito Auctiunculari cap. 5. Ergo si pertinet ad aliquam virtutem, non ad aliam nisi fidei. Ergo. Probo minorem; quia neque est actus obedientie, nec religionis formaliter, non obediens; quia non determinat intellectum ad affensem fidei ut sibi praecipuum que est formalis ratio obediens; neque etiam determinat intellectum ad fidem affensem, ut per illum exhibeat cultum Deo debitum, ipsiusque honoret. Reftat ergo, ut sit actus fidei. Item talis actus est supernaturalis quod substantiam: ut ex communia sententia supponit Mol. in concord. disp. 8. lib. finem. Suarez. tom. 1. in 3. p. 9. q. art. 3. in com. Quare plures Doctores ad illius conuinciam effectum postulauit habuum insulm sa. Mol. & Suarez. Lorsa 2.2. & dub. 2.5. Valen. ibi disp. 1. quest. 1. p. 4. dub. 1. in respons. ad 3. arg. Concl. disp. 13. dub. 5. conclus. 2. & dub. 6. conclus. 6. Sed talis actus, & habens supernaturalis esse non potest nisi fides: cum quia potest esse in peccatore non habente spem, nec charitatem; cum quia pertinet ad fundatum, & initium iustificationis. Ergo id fides. Neque obstat iudicium præcedens talem actionem esse naturalem, quo minus actus voluntatis supernaturalis sit; quia eius supernaturalitas non dependet ex iudicio naturali, vel supernaturali; sed ex concursu supernaturali, quo effectivus; qui concursus intercedere potest, etiam in cognitione naturalis peccatorum. Adde actum ad hominem iusto meritorum esse virtus exercita; sed non potest esse meritorius, nisi ex actu supernaturali libero voluntatis impetratur. Ergo actus imperans ascensum fidei supernaturalis est, & ad virtutem fidei pertinet.

Ex qua sit huiusmodi actum voluntatis virtus nullo modo posse, quia non potest nisi in quod supernaturale est, & ex gratia Christi; alias gratia, & peccatum confundentur, & peccatum est a Deo, quod implicat. sic Baines 2. 2. q. 4. art. 5. dub. 1. Torres disp. 3. dub. 1. Coninch disp. 14. dub. 3. conclus. 1. & Vasquez 1.2. disp. 4.4. cap. 3.

4. Rursum actus fidei non solum est supernaturalis quoad modum, sed etiam in sua substantia: sic docent ex communia sententia Molin. in concord. disp. 36. §. cum autem, lib. finem. Torres 2.1. disp. 45. dub. 3. Coninch disp. 4. dub. 3. & colligunt talis ex Trident. sess. 6. can. 3. vbi anathematem damnat dicentes fine adiutorio Dei possit credere, sperare, premitre, & securi sponset ad salutem. Ratio ea est, quia secula omni difficultate extinximus viibus naturae elicere non possemus, actum fidei, à quo talis habet initium: alias à te incipiente iustificatione, sed actus, qui ex se spectatus viibus naturae elicere non posset, est supernaturalis in sua substantia, ut de se constat. Ergo.

5. Deinde certum est actum fidei imperatur à voluntate peccatoris meritorum esse locum de congruo habens fidei, vel illius argumenti, & gratiae iustificantis: at si elicitus sit ab homine iusto, meritorius erit de condigno argumenti fidei gratiae & gloria. Priorem partem de merito congruo probo, quia hoc meritorium consistit solum in quadam conuenientia, & decencia ipsius operis meritorii, cum beneficio, quod impetraret intendit, quam conuenientiam, & decencionem haber quicunque peccator operans ex gratia Dei actus supernaturales, est eam conuenientem, & decensem, ut sic operari beneficia gratiae consequtur: sed quia Deus quitalia beneficia collaturus est, nulla ratione ad sic conferendum est obligans, efficitur sane illud opus non esse meritorium de condigno, nec de iustitia, sed solum de congruo. Adde nullum opus factum a peccatore condignum esse potest tam beneficio. Ergo. Quod si actus fidei ab homine iusto elicitur, una certe meritorius erit de condigno argumenti fidei, gratiae, & gloria, & eo quod ad rationem condigni meriti duo præcipue requiriuntur, & condignitas operis cum premio, & promissio de premio dando ob tale opus. Sed hec duo in prædicti intercedunt, in utero enim condignitas siquidem est opus supernaturale factum à filio adoptionis, & ob præmium alesquendum. Est item facta promissio à Deo de retributione ipsius. Ergo whil deest ad meritorum de condigno. Porro ad meritorum de condigno requiri promissionem

præmiantis optimè probat Suar. opuscul. de reuincientia meritorum, disp. 1. sect. 3. n. 8. Coninch disp. 8. de merito, dub. 4. conclus. 3. Ea, inquam, ratione, quia ab ille tali promissione obligari nullo modo potest Deus ad premium aliquod concedendum; non enim obligari potest neque ex iustitia, neque ex fidelitate, quæ promissione supponit: neque etiam ex gratitudine; siquidem nullum commodum ex nostris operibus ipsi accrescit. Ergo non potest esse meritorum de condigno secula promissione. Addi ideo Christum Dominum non meruisse, ut omnes de facto salvi essent; quia deus promissio patris concedens illi in premium omnium salutem, Ergo promissio ad meritorum de condigno requiriatur.

6. Tandem certum est fidem iniiciam esse nostræ salutis, tradit Trident. sect. 6. cap. 8. Sed quia fides sumi potest secundum habitum, vel secundum actum, dicendum est, esse iniicum iustificationis formalis fidem secundum habitum, quia habitus fidei formaliter incipimus iustificari; ponimus enim habitibus non iustificari formaliter: atlibus autem ad iustificationem disponi, quare actu fidei ad iustificationem incipimus disponi; est enim primus actus, quo viam gratiae sequenda paramus. Neque in his inter Catholicos potest esse controversia.

## P V N C T V M VIII.

An quis sine fine supernaturali iustificari possit.

1. Explicatur controversia.

2. In habitu, sive in actu omnibus est ad salutem fides necessaria iustificante medijs.

3. Diuini modo adulatio, & parvulus est fides necessaria.

4. Proprietas obiectio de nutritio in syris. Fit satis.

1. Ex resolutione huius difficultatis constabit, qua ratione sit fides ad nostram iustificationem necessaria. Duplicit fides sumi potest, vel pro habitu, vel pro actu. Item de duplice necessitate sermo esse potest. Ata quæ vocatur necessitas medijs: alijs præcepti. Illud ergo dicitur necessarium necessitate medijs ad salutem, sive quo salus nulla ratione secundum legem ordinariam obtinet potest; sive omittitur culpabilitas, sive inculpabilis, sive ex ignorantia, sive ex malitia. Illud vero dicitur necessarium necessitate præcepti, quod solum ex præcepto obligaris exequi. Unde si ex ignorantia, vel ex aliqua impossibilitate omittatur, non obstat saluti sic explicat hanc necessitatem medijs, & præcepti ex communia sententia Valeat. tom. 3. disp. 1. q. 2. punct. 2. Coninch disp. 14. dub. 8. n. 91. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 2. n. 1.

2. Dicendum ergo est fidem sive in actu, sive in habitu, omnibus ad primam latrem esse necessariam necessitate medijs. Conclusio est certa de fide, ex illo Paul. ad Hebr. 1. 1, affirmans sive fide impossibile esse placere Deo. Ergo cius necessitas est omnino: alijs possibile est in aliquo casu Deo placere sive ipsa, sicut quia Baptismus, & sacramentum Peccati in te, & de facto suscepisti, non sunt necessaria necessitate medijs ad salutem; sed solum necessitate præcepti, contingente potest talis ab ille illis suscepisti, quando feliciter non suspetat occasio illa suscipiendo: at sive fide nemini contingit salus. Ergo est necessaria necessitate medijs, & ita traditur à Trident. sess. 6. cap. 7. ibi causa instrumentalis nostræ iustificationis est Baptismus, quod est sacramentum fidei, sive quia nulli unquam contigit iustificatio & cap. 8. dicitur, Fides est humana salutis initium fundamentum, & radix omnis iustificationis. Neque obstat simili forma, qua vius est Paul. de fide, vnum esse Iohannem de sacramento Baptismi: inquit enim Iohannes 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei, at illa forma non obstat: non inducitur necessitas medijs, sed solum præcepti in Baptismo. Ergo ex illis verbis Pauli, Sive fide impossibile est placere Deo, solum necessitas præcepti, & non medijs est inferenda. Non, inquam, obstat, quia licet modus loquendi, in utroque loco similis fuerit: at quia Baptismus & in te, & in voto suscipi potest. Ecclesia explicuit sufficere ad salutem votum Baptismi, quando non suspetat occasio in re illud suscipiendo. At fides in voto suscipi non potest quin in re ipsa habeatur. Ergo fides tempore est medium necessarium. Adde, votum Baptismi sufficiens ad iustificationem esse non potest hoc fide. Ergo ex eo quod Baptismus in voto saltem necessarius sit, optimè inferitur fidem in re omnino esse necessariam.

3. Adiuto tamen diuersi modo parvulus & adulus fidem esse necessariam ad iustificationem: parvulus namque, seu caerentibus viu rationis, est fides necessaria in habitu, quia actu capaces non sunt: at adulis est fides necessaria eam secundum actum, teneat enim qualibet adulus se ad gratiam insipientiam actu aliquo supernaturale fidei disponere, sic Cano, elect. de sacramento, in genere p. 2. q. 2. condit. 1. vbi erroris damnat oppositam sententiam, consentit Valent. disp. 1. q. 2. p. 2. Baines 2.2. q. 2. art. 8. dub. 1. Coninch disp. 4. dub. 8. conclus. 1. num. 91. Sanctus

Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 2. n. 3. & 4. Suarez de fide disp. 12. sed. 2. n. 5. Et probari sat potest ex illo Ioann. Qui autem non crediderit, non iudicatus est, & exilio Marc. vi. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Est ergo fides in actu adultis necessaria. Ratio autem quare hic actus fidei necessarius sit ad iustificationem, cito, quia nemini adulto, & ratione venti contingit iustificatio, nisi iustificationem spevit. & de peccatis doleat. Deumque super omnia laitem virtualiter diligat, ex Trident. sess. 6. cap. 7. & 8. Sed haec esse non postulat sine actu fidei, quo credit & Deum est, & posse omnia haec bona illi conferte. Quapropter dixit Paul. Accedentes ad Deum oportet credere, & quia est, & quod remuneratur sit. Ergo fides secundum actionem est omnibus adultis necessaria. Ex quo fit humiliandi actum debere esse supernaturalem in se, & ex parte principi: siquidem debet necessario ex auxilio gratiae procedere, iuxta illud Ioan. 6. vbi Christus dicit, Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum; & debet autem venire per fidem ut constat ex contextu. Ergo requiritur fides ex auxilio Dei, estque definitio expensa Trident. sess. 6. cap. 3. Item debet esse supernaturalis ex parte obiecti: & debet enim credere obiectum, quod solis gratiae virtutibus primò cognosci non potest, quia fides, quam Paul. expostulat necessariam ad salutem, est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Ergo est de rebus, quae lumine naturali apparetur non possunt, sic Sanchez, Barnes, Valent. Coninch *supra*.

4. Solum video obici posse adactus (supradicta), contrinrete posse aliquem ita in remissimis partibus esse nutritum, ut nullo modo notitia fidei ad eum accedit, nec per ipsum sit illam habere: at runc hic consequitur salutem & non ex fide. Ergo fides necessaria non est.

Repondeo cum Valent. 2.2. disp. 1. q. 2. p. 2. pag. 294. Sanchez lib. 2. cap. 2. n. 4. Suarez illa disp. 12. de fide sed. 2. n. 15. Si gratia diuina priuata legem naturalem teruit, credendum est de diuina providentia illuminandum fore vel a Deo, Angelo, vel homine aliunde misso: quia haec illuminatio necessaria infertur ex eo, quod Deus statuerit neminem sibi esse placitum nisi ex fide, & ex eo quod statuerit non denegari adulto ex diuina gratia, facient quod in se est, media ad salutem necessaria: statuit enim illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum.

## P V N C T V M I X.

Quorum mysteriorum debet quis adiuvalem fidem habete ex necessitate medi.

1. Primitur duplicitas mysteriorum fidei cognoscendi posse implicitè & explicitè. In cognitione explicita aliquid rei esse gradus.
2. Ante promulgationem Euangeli necessaria & sufficiens erat fides explicita de Deo, & implicita Christi mediatoris.
3. In quo implicita Christi cognitione confessio, explicatur.
4. Facta promulgatione Euangeli cognitionem explicitam Christi, & Trinitatis affirmant aliqui esse necessarium necessitate medi ad gloriam, non tamen ad primam gloriam.
5. Alij affirmant virgine salutis necessariam esse.
6. Informantur supradicta rationes.
7. Explicita notitia Trinitatis, & incarnationis non est necessaria necessitate medi, sed praecepiti, ut probabilius defindatur.
8. Explicatur locus Marc. ultim. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.

1. Dupliciter mysteria fidei cognoscendi possunt, explicitè & implicitè. Explicitè cognoscitur mysterium, quando in seipso cognoscitur, implicitè quando in aliquo alio. Exemplum declaro. Dupliciter lucem cognoscere potes, vel in se ipsa, vel cognoscendo solem, qui illam consernit; quando cognoscis lucem, cognoscendo solem, dices cognoscere implicitè, quando veterius lucem in se ipso cognoscis, dices cognoscere explicitè. Et in praesenti materia proponitur tibi Deus, & aucto- gratus, & gloria, & tali propositioni assenties, tunc illud mysterium explicitè cognoscis: at si tibi aliquis vniuersalis ratio credenda proponatur, v. g. esse credendum, quidquid à Deo est realatum, tunc mysteria fidei in particulari implicitè tantum cognoscis, quatenus in illa vniuersali ratione virtualiter, & implicitè continetur.

2. Secundo suppono in cognitione explicita aliquid rei esse gradus: alia est enim cognitio confusa, alia distincta, alia magis distincta. His positis.

Conclusio sit. Ante promulgationem Euangeli necessaria, & sufficiens erat fides explicita de Deo auctore supernaturale, & implicita Christi mediatoris. Quod fuerit necessaria illa fides, ex supradicto puncto confit: quod sufficiat implicita Christi mediatoris, mihi probat manifeste locus ille *Allorum 10.*

vbi de Cornelio dicitur fuisse sicutum iustum, & religiosum, cuius preces, & eleemosynæ ascendebant coram Deo, in quibus verbis infinitus claret habere gratiam, & iustitiam: & ita ita dunt communiter Patres. August. lib. de predicatione. Sanct. c. 7. & 8. in Leuit. Gregor. homil. 13. in Ezechiel. Chrysostom. sermone de fide, & lege naturæ. D. Thom. 2.2. quæst. 10. art. 4. circa argum. sed contra, & 3. p. quæst. 69. art. 4. At tunc Cornelius de Christo, & Trinitate non habebat explicitam notitiam siquidem à Petro fuit postea illa instructus. Ergo sine notitia Christi, & Trinitatis explicita potuit ante promulgationem Euangeli stare iustitia: & ita tradit. Valent. disp. 1. quæst. 2. p. 4. vers. secunda, Sanchez lib. 2. cap. 2. n. 7. Suarez plures referunt disp. 12. sess. 13. num. 14. Quod vero semper fuerit necessaria ad salutem, implicita Christi, & Trinitatis cognitio, inde videtur probari: quia non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri praeter Christi nomen, Art. 4. Idem probatur ad Rom. 3. vbi æqualiter dicitur omnes peccasse, & egere gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redempcionem, que sit in Christo Iesu, quem propositus Deus propriacione per fidem in sanguine ipsius. Ergo saltem de fide implicita debet intelligi. Ad Galat. 3. Genes. iustificantur ex fide illius, qui fuit Abraham promissus: Christus autem cognoscit non potest, non cognita Trinitate; quia non potest cognoscere filius Patris, & concepimus ex Spiritu sancto. Ergo qua ratione fuit necessaria cognitione Christi, erit necessaria cognitione Trinitatis: sed de Christo ante promulgationem Euangeli non videtur necessaria explicita cognitione sed solum implicita. Ergo neque Trinitatis.

3. In quo autem haec implicita cognitione constituit, non scitis constat inter Doctores. Valent. 2.2. disp. 1. q. 2. p. 1. col. 317. vers. 6. sed in promptu, Sanchez lib. 2. cap. 2. n. 7. Suarez disp. 12. sess. 3. n. 17. existunt haec implicitam Christi fidem conteneri sufficiens in aliquo actu supernaturale, quo explicitè, & supernaturale cognoscatur Deum esse, & auctorem doctorum supernaturalem ad peccatorum remedium; quia in huncmodi obiecto conatur implicitè Trinitatis, & Incarnationis mystrium. Quapropter Paulus solum expostulavit te cognoscere Deum esse, & esse supernaturale bonorum remuneratorum. Ergo non requiri, ut cognoscas futurum esse in mundo aliquem mediatorem. Ceterum mihi videatur implicitam cognitionem de Christo expostulare necessariam, explicitam alium mediatores, quo à peccatis liberandus sis, & gloriam obtinendas; neque sufficere illam vniuersalem, & confusa notitiam de Deo auctore supernaturale, potente remittere peccata mediis, quibus ipse voluerit: nam in huncmodi obiecto non continetur implicitè Christus Deus, homo: siquidem stat optimè potest Deum esse auctorem supernaturalem, & remittere peccata, gloriāque concedere, quin faciat homo. Ergo in illa cognitione hoc obiectum implicitè non continetur. Quod si dicas te credere Deum esse auctorem supernaturalem, & remittere peccata mediis sis placitis, & in hac fide continetur implicitè fidem Christi, siquidem præcipuum medium, quo Deus volunt remittere peccata, sicut fuis vngeneritus filius, quem constituit propitiationem pro peccatis nostris; infertur sane eodem modo dicti potest implicitam fidem omnium sacramentorum, & prædictiorum Apostolorum, & aliorum quibus salutem consequuntur homines, esse necessariam, siquidem in illa cognitione implicitè omnia haec continentur: at Scriptura, & Patres alio modo fidem Christi, quam sacramentorum, prædicationis, & aliorum mediorum requiri. Ergo vita illam ita confusa cognitionem expostulanda est cognitione explicita mediatoris, cuiusvis explicitè non cognoscas hunc mediatorem esse Deum, & hominem, passionem, & mortis subiectum.

Dices, plures ante Christi adventum nullam habuerunt notitiam explicitiam mediatores. Et quidem Abraham videbat primò teuelata: & tamen fuerunt iustificati. Item ad cognitionem solum videatur requiri cognitione supernaturalem Dei officii, potens peccata remittere. Ergo non requiriut cognitione mediatores ad iustificationem?

Respondeo nullum iustum caruisse notitiam mediatores: nam primo patenti post peccatum haec fuit data, ut dixit Leo serm. 2. de nativitate Christi. Abraham autem fuit data clara & patens notitia, de suo nomine esse futurum, quod si pluribus factis illa homines caruerint, non diuine prouidentia, sed factis peccatis attulserint est: Quapropter si ipsi legem naturali seruassent diuina gratia adiuti, Deus illis tribueret notitiam mediatoris.

Ad confirmationem dico solum probare ex oratione rei non esse necessarium ad iustificationem cognoscere esse aliquem mediatores: ut supposito, quod Deus noluerit iustificationem concedere, nisi ex meritis sui vngenerit, infertur, nolle iustificare nisi fuis vngeneritus cognoscatur saltem sub illa confusa cognitione media officiis: & ita tener Magist. in 3. Disputatione 2.1. Rector plures referens 2.2. disp. 21. num. 4. Coninch. disp. 1. 4. dub. 9. conclus. 2.

4. Difficultas ergo est, an facta promulgatione Euangeli fuerit cognitione explicita Christi, & Trinitatis necessaria, necessaria

cessitate medijs ad salutem; an tantum sit necessaria necessitate praecetti?

Variis Doctores Catholici: aliqui enim affirmant non esse necessitatem praecetti ad primam salutem, scilicet gratiam esse tamen ad ultimam, nempe gloriam: sic Canus relata de sacramentis generis, p. 2. concl. 1. Bannes 2. 2. quæst. 2. art. 8. dub. 2. Castro lib. 2. de legi paenit. cap. 14. Probato exemplo Cornelij, qui ante notitiam Christi explicitam fuit iustificatus & poena veri de notitia Christi instrutus fuit a Petro: indigebat ergo illa notitia non ad habendam gratiam, siquidem ex iustitia ad obtinendam gloriam. Verum hoc argumentum inservit eti potius enim optimè infra Cornelius de notitia Christi, quia haec futura erat necessaria Cornelio necessitate praecetti: vel quia facta legis promulgatione futura erat et necessitatem medijs ad habendam gratiam, vel illum regnendum. Adde videri impossibile notitiam explicitam Christi esse necessitatem ad gloriam, si ad gratiam necessitatem non est: cum gratia sit ius ad gloriam; & necessitatem gloriam videntur cit habent gratiam, cum ex hac via decedat. Ego non potest ad gloriam esse necessitatem, & non ad gloriam: quodque satis constat ex Trident. sess. 6. cap. 16. vbi ad ostendendam viram æternam nihil aliud expostulat, quam ut in gratia decescit.

5 Ali dicunt utique salvi sunt necessariam necessitatem medijs & finis hanc explicitam de Christo, & Trinitate notitiam: sic doulos Molin. 1. part. quæst. 1. disput. 2. Valent. 1. 2. disput. 1. quæst. 1. part. 4. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 2. num. 9. Castelbanius 3. quæst. 1. §. præterea ad fidem. Lota 2. 2. disput. 2. 2. 4. 2. 2. 2. quæst. 2. art. 7. dub. 1. concl. 6. Adducuntur in favorem huius sententia D. Thom. Magist. Alen. D. Bonavent. Gab. Galii, ed. vi bene expedit. Conchil. 2. 2. disput. 14. dub. 3. 2. num. 12. de necessitate praecetti, & non de nequitatu modo & finis loquuntur. Præcipuum fundamentum est, quia let Euangelica tota in Christo Domino fundata est, & ad eius gloriam ordinata: conueniens ergo erat, ut post illius promulgationem nemici patet salus, nisi ex illius cognitione. Et confirmari potest. Primo, quia nemini patet salus, nisi per Baptismum in re, vel in voto suscepimus, sed Baptismus continet explicitam notitiam Trinitatis. Ergo haec necessitatem requiri. Quod si notitia Trinitatis expressa requiritur, & notitia incarnationis reqiri. Secundo, quia nullus saluus est, nisi Christianus fuerit, id est, Christo votus, & membrum ipsius: sed non potest esse Christo votus, & membrum ipsius, nisi illi habuerit expressam fidem implicitam etiam Iudei habebant. Ergo, Tertio, quia fides Dei explicita semper fuit necessitatem medijs ad salutem: sed facta promulgatione Euangeli est eodem modo necessaria fides Christi. Ego. Proba minorem ex illo Ioannis 7. Haec est vita eterna, & cognoscere te Domum verum & quem misisti Iesum Christum. Ego codem modo de cognitione Dei, & Christi dicitur esse ratione & necessitatem ad vitam æternam.

6 Ceterum haec argumentum non omnino concinet, ut ita quae necessest hominibus imponamus. Fatorum equidem legem Euangelicam in Christo Domino fundari, & ad eius gloriam reduci: hoc autem solum probat notitiam Christi explicitam habendam esse ex praecetto: quod tamen praecipuum antiquis Patribus latum non erat. Consumatio ex Baptismo non virginis. Concede in Baptismo fidem explicitam Trinitatis proficiat: nego tamen inde inferri proficiendam esse, quoduscunque iustificari: quia ibi datur illa professio, quia est ratio Ecclesie, & ceterorum sacramentorum. In confirmatione secunda admittitur sequitur: si enim Christianum voces, quia est Christo votus, & membrum ipsius: omnes antiqui fates iusti, qui fide explicita Christi carent, erant hoc modo Christiani: quia erant Christi voti, & membrum ipsius: sed quis nomen Christiani amplius quid dicit: dicit enim esse Christiani, qui iam venit, votum, ideo antiqui Patries non Christiani, sed Iudei fideles dicebantur, credebat enim Christianum nascitum Christianus vero credit iam natum. Tertium argumentum: commixtum notitiam Spiritus sancti non forte necessitatem, siquidem solum de Pare, & filio sit ibi mentio: cum autem contra Spiritus sancti æquæ ac de Pare, & filio sit necessitas, effectus sane aliter esse respondendum. Dicimus namque eodem modo de Deo, ac de Christo esse notitiam habendam: et sicut de Deo est trinus, solum notitia implicita necessitate medijs requiritur, ita de Christo, ut est Deus, & homo, notitia implicita requiri.

7 Quapropter probabilitus censeo etiam facta promulgatione Euangeli non sit necessitatem notitiam explicitam Trinitatis, aut mysterii Incarnationis, necessitate medijs, sed solum praecipi: atque adeo contingere aliqui posse salus, quin explicitè cogolentes filium Dei incarnatum suisse, & pro nobis passum esse officium, si cognoscat esse aliquem mediatorem: hanc conclusionem indicat satis D. Thom. 2. 2. quæst. 2. art. 7. ad 3. tam me: Richard. in 3. disput. 1. art. 4. quæst. 1. Sotus in 4. disput. 1. quæst. 1. art. 2. Vega lib. 6. in Trident. cap. 20. Cordub. lib. 2. 2. 4. disput. 3. Henriquez lib. 4. de sacram. cap. 21. §. 2. Michael. Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 4.

Med. lib. 4. de recta in Deum fide, cap. 10. Suarez tom. 4. in 3. p. disput 4. feit. 2. num. 17. in fine, & latius probat, & defendit disp. 1. 1. de fide feit. 4. à num. 10. Eman. Saa verbo fides, num. 1. Coninch. disp. 1. 4. dub. 9. num. 16. 3. Torres disp. 2. 7. dub. 7. & alij ab eisdem relati.

Ratio est, quia ex communis omnium sententia, ut testatur Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 2. num. 7. ante aduentum Christi & ante promulgationem Euangeli non sicut necessaria explicita notitia Christi, & Trinitatis ad salutem: ut post Christi aduentum, & legem Euangeli publicatam non constat amplius notitiam Christi, & Trinitatis necessariam esse necessitate medijs. Ergo non est expostulanda. Consequenter est legitima: quia sine manifesta ratione non debet necessitas ita gravis induci, & qua præcluditur saluis via tot inficii, & ignorari. Minorem probo: quia omnia, quia de necessitate fidei in Christum tradit Scriptura, & Paries vel communia sunt iustis legis, scripti, & gratia, vel explicari possunt optimè de necessitate praecetti, vel de fide implicita Dei, & hominis, & explicita mediatoris, ut ex supradictis liquet. Item ante aduentum Christi ex meritis ipsius dabatur hominibus salus, sed hoc non obstante sufficiebat fides Christi implicita. Ergo etiam modo debet sufficere saltem ex necessitate medijs. Adde non conuenient inter Doctores, quænam debeat esse haec fides explicita in Christum. Nam quod aliqui affirmant debet esse omnium mysteriorum, que in Ecclesia de Christo celebrantur, valde rigidum est, & viam salutis multis præcludit. Quod vero ait Sanchez l. 2. c. 2. num. 9. cum Bannes 2. 2. q. 2. art. 8. dub. v. 1. t. concl. 3. & Valent. disp. 1. q. 2. p. 4. initio, debet esse de Christi morte, & resurrectione, ita ut cognoscas filium Dei verum Deum esse, & hominem totius humani generis redemptorem morte sua, non videtur cum sufficienti fundamento dictum: quia non videtur major ratio, quare explicitè credenda sit necessitate modis mors Christi, & eius à morte resurrectione: quām eius in celum ascensio, & adventus in futurum indicium: cum haec in symbolo æquæ credenda proposuantur. Efficaciter ergo sanx, non esse haec necessitatem necessitate medijs credenda explicita.

8 Neque contra hanc doctrinam video quid obici possit præterea ea, quæ iam solutum, nisi forte locus ille Marc. v. 6. vbi Christus mitente discipulos ad prædicandum Euangeliū dicit, Qui crediderit, & baptizans fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. In quibus verbis alio modo de necessitate fidei, ac de Baptismo videtur loquutus: siquidem dicit condemnandum esse qui non crediderit, non tamen qui baptizatus non fuit: quasi supponens Baptismum altius superlati posse non iam fidei. Ergo fides Christi est necessaria necessitate medijs. Verum si hic locus aliquid probaret, probaret utrumque fidem omnium, quia in symbolo Apostolorum continentur: esse necessariam necessitatem haec præciperat Apostolis prædicta, qui si aliquis non credidisset, condemnaretur. Quapropter dico solum ex illo loquendi modo colligi posse, absque Baptismo in re suscepto posse aliquando salutem obtinere: non tamen absque fide explicita, vel implicita.

#### P V N C T V M      X.

Quorūm mysteriorū debeat vnuſquisque habere fidem ex necessitate praecetti.

- 1 Quatenus fideles sunt omnes, aqualem notitiam habere debent, sed quatenus Parochi, Episcopi, &c. specialem ut suo muneri satisfaciant.
- 2 Proponitur triple tentatio de obligatione cognoscendi explicitè mysteria fidei, que in Ecclesia solemniter celebrantur.
- 3 Probabilis est quilibet Christianum obligatum esse explicitè credere, quia in symbolo Apostolorum continentur,
- 4 Proponuntur quadam obieciones.
- 5 Solvuntur, & explicatur, quia notitia requisita sit illorum, quia in symbolo Apostolorum continentur.
- 6 Explicita cognitio aliorum, quia solemniter ab Ecclesia celebrantur, quaque in symbolo Apostolorum non continentur, necessaria non est.
- 7 Quid dicendum de sacramentis?
- 8 Quid de praecetti Decalogi, Ecclesie, & operibus misericordie, oratione Dominicæ?
- 9 Non est necessariam haec scire per ordinem, sufficit, si quoad substantiam haec scias.
- 10 Satis difficultati sciendi mysteria fidei.
- 11 Quia scienza in Prelatis, & pastoribus debent esse mysteriorum fidei.

I N On inquirimus, quando actu fidei teneris mysteria suis revelari assentiri: hoc enim examinabunt puncto sequenti, sed inquirimus, quam notitiam habere cibas mysteriorum fidei, ut possit praecetto fidei satisfacere. Ex eodem tamen praecetto, quo teneris renata credere, teneris scire, que revelata sunt: quia hinc praecetto satisfacere nulla ratione potest absque cognitione illorum, quibus assentiri debes: tracto

X      dic

dit Valent. 2.2. disp. 1. q. 2 p. 3 fine. Azot tom. 1. lib. 8. cap. 7. q. 1. Sanchez lib. 2. c. 3. num. 1. Hoc autem praeceptum fidei omnibus hominibus aequaliter commune est, quia illos attigit, quarens sunt fideles. Christiani ac proximi scientia mysteriorum fidei, ut huic praecepto fiat fides in omnibus aequalis requiritur: sed quia plures speciali dignitate & officiis in Ecclesia praefulgunt, ratione huius dignitatis & officii speciali scientia debet esse praeedita, ut suu munere satisfaciat. Quocirca Episcopi, Ecclesiasticorumque Praepati, Pastores, & Doctores, et omnes omnes debent scientiam antecelletere. Inquitinus ergo quam scientiam mysteriorum fidei habere omnes debent, ut fidei praecepto possint sciri facere. Secundò quam scientiam habere debent pastores, & Prelati ut possint securè suum munus obire.

2. Circa primam difficultatem, omnis errore aliquorum Iuristarum affirmantium, sufficere Christiano credere articulos fidei implicitè, credendo scilicet quidquid tenet Ecclesia. triplex est Catholicorum sententia: prima affimat teneri fidem explicitè sciri, & credere omnes fidelis articulos in symbolo Apostolorum contentos. Secundò que continentur in catechismo paucorum. Tertiò sufficere ad quae fidei ritu in Ecclesia celebrantur: authore, haurum sententiarum refert Sanchez lib. 2. cap. 3. & n. 4. Omnes tamen haec sententiae conuenientia à qualibet Christiano mysterio Trinitatis & Incarnationis explicite sciri, & credi debet, quia haec mysteria in symbolo Apostolorum, & catechismo patrum & solenni ritu Ecclesia celebrantur. Ratio autem, quare hoc explicite credenda sunt, ea est, quia haec praedicta, & publicari explicitè omni creatura praecepit est Apostolus Mai. v. 16. & Marc. v. 1. cu Christus dixit prudenter Euāgeliū omni creatura: in his enim Euāgeliū sumū, & profecto cōnīdit. Ergo signum est omnem creaturam teneri illa fide, & credere, alias non suffici mandatum explicitè praedicari.

3. Tercerum, quia plura mysteria in Ecclesia celebrantur, pluraque in symbolo Apostolorum, & catechismo continentur, que in mysterio Incarnationis & Trinitatis non videtur explicite contineri: cenico probabiliorum sententiam illam esse, que affimat debere Christianum sciri explicitè, & credere quae in Apostolico symbolo continentur, sic Cattro lib. 7. de infra hæreditarum puni. cap. 9. col. 5. Valer. 2.2. disp. 1. q. 1. 2. punct. 3. conclus. 2. & punct. 4. circa finem. Sicut in clavis regia lib. 2. cap. 9. num. 15. Maled. ibidem q. 1. art. 7. conclus. vte. Coninch. disp. 14. dub. 10. conclus. 2. num. 188. Azot 10. lib. 8. institutionum moralium, cap. 6. q. 1. & 2. & cap. 7. q. 1. & 2. Valquez 1.2. disp. 12.1. cap. 2. n. 2. Suarez de fide, disp. 13. set. 4. & videat constare ex cap. ante viginti dies 54. cap. baptizandos 57. cap. non licet 58. de conferat. disp. 1. 4. vbi praescribit. ne adulti ad baptismum recipiantur quin prius sciuerint mysteria in symbolo contenta. Idem colliguntur ex cap. Deus qui de panis est & remiss. & ex catechismo 10 V. Ratio est, quia Apostoli antiquum ad praedicandum Euāgeliū, & tradendum nostram fidei per orbem diffusi sunt, hoc symbolum composuerunt ea intentione, ut gentibus datur notitia eorum, que credenda sunt. Ergo illa sciri, & credere omnes obligantur. Item omnibus est praeceptum scire, & credere explicitè aliqua mysteria, que in symbolo continentur, ut tenet catholicus sententia: ut nulli confitit praeceptum speciale circa aliquos articulos, & non circa omnes. Ergo dicendum est esse de omnibus praeceptis; alias non est huius praecepti certa materia. Deinde cum in opinione Doctorum positum est, quos articulos deberet quilibet fidelis sciri, & credere explicitè, oportebat aliqua regula certa hanc controveriam definit: ut nulla apriori ex cogitari poterat quād symbolum Apostolorum: tum quia ab Apostolis fuit propositum, & ab Ecclesia semper approbatum: tum quia continet summam Euāgeliū. Ergo quod verò aliqui dicunt pro tegula illorum, que credenda sunt, explicitè habendam esse iolemnitatem, & Ecclesiæ celebrationem: ita verilla mysteria, que in Ecclesia iolemni ritu celebrantur, debent sciri, & credere explicitè ex praecepto, mihi non probatur, sicut in eis probatur; Sanchez, Valen, Coninch, Suarez supra aliis reuteris quis lete circumlocutionem, præsentationem in templo, transfigurationem, purificacionem B. Virginis, aduentum Spiritus sancti super prophetas, quorum non videtur necessaria expresa notitia.

4. Sed aduersus haec conclusionem obiecti potest primò plura mysteria in symbolo Apostolorum continentur de quibus non videtur habere praeceptum sciendi & credendi explicitè. Alio item non continentur in symbolo: & tamen de illis habet praeceptum sciendi & credendi. Ergo supradicta regula non est firma. Antecedens probat quod primam partem. In symbolo continetur Deus esse creatorum coeli, & terræ: ut non requiratur huius articuli cognitio expressa. Item conuenit natum esse Christum ex Maria Virgine: & tamen non obligatio scire Mariam sanctissimam, Virginem fuisse tempor, & ut ceteri non obligari lete Christum passum fuisse sub pontio pilato, sufficiat si passum esse cognoscas, nec videtur obligatio descendere ad inferos, sufficit si mortuum esse, & resurrectisse scire. Sedete item ad dexteram Patris pauci intellegantur, sicuti neque communionem Sanctorum. Ergo plura sunt in symbolo, quorum non videtur obligatus habere expressam notitiam, ex alia parte plura sunt extra symbolum quorum notitiam habere debetas, nempe circumlocutiones, purifications, præsentationis in templo, aduentus Spiritus sancti: quia indecens videatur esse, haec in Ecclesia Catholica publicè, & solemniter celebrari, & non arctari fidelem ad illorum notitiam, item teneri sciri præcepta Decalogi, & Ecclesiæ orationem Dominicam, & prem sacramenta, ergo symbolum Apostolorum non est sufficiens regula eorum, que credenda sunt. Secundo obiectio, præceptum latum omni fidei debet esse iuxta cuiusque capacitatem: at plures sunt ita infici, & barbari, ut ea quæ in symbolo continentur, nec memoria percipere nec sensum intelligere possint. Ergo non est credendum omnibus esse datum hoc præceptum sciendi, & credendi ea explicitè.

5. Haec obiectiones expostulant explicite qualis notitia haberi debet horum mysteriorum. Dicendum ergo est, iliam esse sufficientem, quia haec mysteria cognoscantur secundum eorum substantiam, & quantum ex verbis symboli sic propriae percipi posset. Clarior autem notitia nemini fidei, quantum talis est, præcipit, alias Apostoli componentes symbolum, & tradentes per illud notitiam nostram fidei diminutè processissent. Quocirca si mysteria contenta in symbolo scias, & credas, prout continentur communiter in catechismo puerorum, sufficientem haec præcepto satisfacis, ut bene dicas. Valquez 1.1. d. 12.1. c. 2. Azot 1.8. c. 6. q. 5. Sanchez 1.2. c. 3. n. 17. Quapropter de mysterio Trinitatis, sufficit, si scias, & credas esse tres personas inter se distinctas, quantum quilibet sit Deus, & que obinde esse plures Deos, sed unum tantum: que vero ratio distinguuntur, & quomodo una persona ab alia procedat, Theologus responsum. Item debes scire hunc Deum esse creatorē coeli, & terræ, id est, haec omnia produxit, sed qua ratione illa produxit, an ex præsupposito subiecto, an ab æterno, non videatur omnibus necessarium scire, ut bene dicas. Suarez disp. 13. de fide, scil. 4. num. 6. contra Bannez 2.2. q. 1. art. 8. Item debes scire hunc Deum esse salutarem, id est, ubi posse peccata remittere. Item esse glorificatorem in beatitudine æternæ, & supernaturali animalium, & corporum, ac proinde ibi creditum canone resurrectionem. Quia haec mysteria ad Deum quacunq; talis est, pertinent, & in symbolo Apostolico continentur. Præterea debes explicitè cognoscere mysteria ad Christi humanitatem attingentia, queque in symbolo, & in articulis fidei contenta sunt, & primo debes scire Christum filium Dei esse verum Deum, & hominem, ex spiritu sancto, ex Maria Virgine conceputum: sic enim excellentiam Christi, & eius matris agnoscat: cognoscere autem Marianam sanctissimam semper matrem Virginem, docet Suarez n. 7. non esse improbabile, necessarium non esse, quia non ita clara, distinctè fuit ab Apostolis traditum: sicut Sanchez n. 17. At credo cum ipso Suarez esse necessaria cognoscendum: explicitè, tuu quia fides explicitè ab Apostolis fuit traditum, cum dixerint Christum Dominum in natum fuisse ex Maria Virgine: non enim Virginis, absoluè prolatum, quemlibet statum comprehendit. Item in articulis fidei, qui omnibus credendi proponuntur, exposte hoc traditur. Adde hoc esse convenientissimum tum ad vitiosos errores qui in illa materia oriri possunt, tum quia ita publicè celebrantur ab Ecclesia & ita tradit Sanchez lib. 2. cap. 3. n. 6. Verum de descensione ad inferos sentit Suarez tom. 4. in 3. disp. 43. scil. 2. in fin. non esse necessarium fidelibus explicitè hinc articulum scire, & credere; quia nec videatur res admodum fidelibus necessaria & in symbolo Niceno est omnis quod certe probabile est non esse necessarium sub gravi culpa: sicut non est necessarium circumstantias passionis cognoscere videat, psalmus esse, sub Pontio Pilato, sufficit, si cognoscatur esse psalmus, de illo vero articulo quo creditis sedere ad dexteram Patris, proprius eius difficultatem a qui dubitarent; an debeat explicitè scire & credere, & negare videat Azot lib. 8. c. 6. q. 5. & Sanchez lib. 2. cap. 3. n. 17. At existime aliquatenus illius notitiam te habere debere: debes enim scire Christum ascendente in celum habere in illo supremam locum, ut homo est & aquilus est Patris, ut Deus est; quia hoc pertinet ad dignam Christi estimationem & debitum honorem exhibendum. Præter hos articulos de Christi humanitate, & diuinitate adduntur in symbolo Apostolico duo, in quibus est aliqua difficultas, debentane explicitè sciri, & credi: nempe Catholica Ecclesia, & communio Sanctorum. Et quidem de Catholica Ecclesia nemini potest esse dubium, ab omnibus sciendum esse quia omnes tenentur scire sub hac professione fidei esse salutem & extra nos esse. sic Valquez 1.1. d. 11. cap. 1. Azot 1.1. lib. 8. cap. 6. q. 5. Sanchez lib. 2. cap. 3. num. 8. Coninch. disp. 14. dub. 10. num. 189. Suarez de fide, disp. 13. set. 4. num. 10. De communione Sanctorum Vasquez, Sanchez, Suarez, Coninch, supra, docent non esse.

elle necessarium explicitè scire, & credere, quia vir docti  
percipiens sensum huius articuli, quidni vulgus imperium?  
At credo probatius omnes obligatos esse scire, & credere  
substantiam illius articuli: tum quia in symbolo continetur, &  
non videtur specialis ratio eximendi hunc articulum à gene-  
rali obligatione sciendi articulos fidei in symbolo contentos,  
principiū cùm consuetudinum sit ut chartas inter fideles  
agatur, scientes hanc inter se adesse spiritualium bonorum  
communicationem. Non tamen existimo obligatos esse fideles  
ad sciendum, qua ratione hac communicatio cononget & sufficit,  
si scient contingeret: quod certè à nullo etiam rusticis videtur  
ignorantia, siquidem omnes percuti ab aliis, vi in suis ora-  
nibus memoriam illorum faciant. Sentiant ergo hanc commu-  
nicationem adesse. Ex his patet solutio ad priorem partem ar-  
gumenti.

6 Ad secundam partem argumenti, in qua enumerantur  
aliqua extra symbo'um contenta. Lorca 2. 2. disp. 23. num. 12.  
criterior ab hominibus fidibus scienda esse, que solemnū ritu  
Ecclesiæ celebratur, ac propiore circumscitionem, præsentationem  
in templo, transfigurationem, &c. Idem docet Coninch.  
disp. 14. dub. 10. n. 190, sed non sub graui obligatione, sed leui.  
Sanchez lib. 2. cap. 3. num. 6. absolutè negat, & supponit Va-  
lent. 2. 2. disp. 1. q. 22. p. 4. & quarto, pag. 308. Et placet, quia  
dum est omnes fideles hac obligatione attriti, iā tene-  
tati potest de iis possidentes intrinseca, quod non videtur vnu  
recipiunt. De aliis verò qua ibi enumerantur, scilicet ratione fidei  
& cognitio sufficiat, vt dicit Valent. p. 5. §. ad primū, fidei  
articulos cognogetur, ratione operationis, & orationis, que à fi-  
delibus sunt praetendata, tenetis scire, quia in supradicto argu-  
mento enumerantur.

7 Quid ut clarissi constiter discurramus per singula. Et  
ponto de iacimenti, quorum aliqua sunt de necessitate, sci-  
lii Baptismus, Eucaristia, & Penitentia, que ab omnibus  
cogencia sunt. Baptismus enim debet cognosci, ut scias  
ipso geniti peccatum originale, & membrum Christi ada-  
psum, & ad legem Evangelicam obligari. Penitentia cognitio  
et omnia riti necessaria, ut si à prima gratia decideris, scias,  
quomodo possis restringere. Eucaristia, ut scias sub illa Chri-  
stianum conteneri, & à fidibus sumi, & ad illius  
sustentationem tuo tempore obligari. Sic docent Coninch. dis-  
put. 14. dub. 10. conclus. 3. Sanchez lib. 2. cap. 18. num. 9.  
Hontigue lib. 6. de sacra missa. cap. 18. num. 2. Valent. 2. 2. disp. 1.  
q. 22. p. 3. 2. 2. concl. dub. 1. Suarez de fide, disp. 13. sect. 4.  
num. 12. Reliqua vero sacramenta confirmationis, extreme vnu-  
dionis ordinis, & matrimonij tenet Valent. & Suarez. non esse obli-  
gationem illa sciendi, quia non sunt necessaria. At existimo, si  
tu compas confirmationem vel extremon vñctionem suscep-  
tus es te obligatum esse, scire quid illis sacramentis significatur,  
scilicet obligari scire, cum matrimonio, vel ordinem sacerdotis, quia  
hac scientia ad factamentorum reverentiam pertinet. sic Baone-  
z. 2. 2. q. 2. art. 8. dub. 2. Petrus de Ledesma 2. tom. sum. tract. 1.  
c. 2. concl. 9. Sanchez lib. 2. cap. 3. n. 9. Dum autem non de-  
cens illa suscepit, eti probabile sit te non esse obligatum illa  
scire; at probabilius credo obligari, tum ut possis, si velis, illa  
respete; tum ut gratis te Deo exhibeas pro te remedii ad  
teum faluum inducere. Et ita tenet expresse Coninch. 14. d. 10.  
concl. 3. n. 192. quamvis inclinet non esse obligationem sub  
graui culpa: confessio Sanchez. 1. 2. 3. n. 9.

8 Ritus omnes convenienter obligatum esse scire pra-  
cepta Decalogi, & Ecclesiæ, quia horum cognitio necessaria  
sit, ut scias quid debetas facere, quid virare: sic Coninch. n. 193,  
194. Sanchez n. 10. Suarez disp. 13. sect. 4. n. 11. Valent. disp. 1.  
q. 22. p. 3. 2. 2. 5. versiculum. Oportet vero misericordie solidum qua-  
tor in praeciptis continentur, et tibi obligatio sciendi, ut bene-  
dictus Valent. & Sanchez. supra. Refrat dicendum de oratione  
Dominica, quoniam notitiam credit Suarez disp. 13. sect. 4. de fide num-  
ero 1. fin. nullib[us] esse praecipuum, & solum esse probable sub  
veniali obligare. At credo sub graui culpa obligationem esse  
illam (sic) secundum substantiam: sic Coninch. concl. 4. Sanchez  
numero 10. ubi plures refert. Valent. supra p[ro]nt. 5. versiculo  
item, pag. 311. quia omnibus est datum praeciptum orandi, &  
deprecandi Deum: nullum autem deprecari esse potest effi-  
ciet ad salutem, quām ea, quā in hac oratione Dominica  
continetur. Itē tāpē debet tam iustus, quām peccator pa-  
tentia in illa oratione contenta. Ergo tenetur illam scire,  
inde si bene perpenditur, nihil exigitur potest anima, & corpori  
salvare, & ad Dei gloriam pertinent, quod in illa oratione con-  
testantur non sit.

9 Adhuc tamen non esse necessarium sub graui culpa  
symbolum, & praecipta Decalogi, & orationem Dominicam,  
ordine quo sunt composita, memoria retinere & suffici, si len-  
sum callas & substantianas retinas. Credo tamen sub veniali  
te esse obligatum: sic ex communī sententia docet Sanchez  
num. 19. Coninch. conclus. 5. Valent. loco cit. Suarez disp. 13. sect. 5.  
num. 3. Ecce vero nullo modo satisfaci, si memoria teneas,  
& sensum non intelligas. sic Valentia p[ro]nt. 4. fine. Bannez 2. 2.  
q. 22. art. 3. dub. 2. fol. 429. Sanchez lib. 2. cap. 3. num. 16. Co-  
ninch. disput. 14. dub. 10. numero 194. Et ratio, quia tunc est  
f[ac]t[us] de Castro Sum. Mor. Pars I.

sciencia verborum, non mysteriorum: notitia autem mysteriorum  
fidei est, quae expostulatur.

10 Secundum argumentum de difficultate sciendi articulos  
fidei non virget: quia notitia, quae expostulatur, cum sit ita con-  
fusa, facile ad communis multitudinis haberi potest, si mediocrem  
diligentiam in difendo appoluere: quod si aliqui ita tudes  
sint, & aggreftes, ut facta diligentia percipere non possint, excu-  
sabuntur ab hac obligatione: ut pluribus relatis docet Sanchez  
lib. 1. cap. 3. numero 18. Ceterum aduertendum summo-  
pere est nos debere esse contentos, si mel, aut iterum haec my-  
steria audiunt, & illa non participant: curare enim debet sapientia  
infrui, ut sic repetitis lectiōibus aliquam sufficientem notitiam  
acquirit: vi recte aduertit Suarez d. 13. de fide, sect. 4. num. 3.

& hac de prima difficultate.

11 Secunda difficultas erat, quam scientiam habere de-  
bet Praetali, & pastores mysteriorum fidei? Et quidem de-  
bere reliquos fideles de populo sibi subditos scientiam antecelle-  
re, in confessio est apud omnes. Qualis autem hac excellen-  
tia debet esse, non est ita exploratum. Breuer dicens  
est Episcopos, & Ecclesiæ pastores non solum obligatos esse  
scire mysteria fidei vñcumque; sed tenentur ea ita scire, ut pos-  
sunt difficultates aduersas illa mysteria insurgentes dissoluer-  
e, & eos, qui contradicunt arguere, & convincere; confitit ex  
Paulo ad Titum 1. & Trident. sessione 7. cap. 1. Et sessione 22.  
cap. 2. respectu. Et ratio est, quia ad aliquos in Ecclesiæ per-  
tinere debet hareritorum fallacias dissolvere, & fidei de-  
fendere: iij autem esse non possunt alii, nisi Episcopi, vñpore  
Apostolorum successores. Ergo ipsi tentant ea scientiam polle-  
re, ut possint haec munia praefare. Quia ratio probat non  
satisfacere haec obligationi, si ipsi indocti sunt, etiam si mis-  
tinistis habebant doctissimos. Requiritur ergo necessarium, ut  
per se possint fidem defendere, & ab impugnatibus liberare,  
sic Suarez d. 13. fine, Coninch. disput. 14. dub. 10. conc. us. 7.  
Adiuertit tamen optimè Coninch. numero 201. non esse opus  
Episcopum ita esse doctum, ut ex tempore possit omnes diffi-  
cultates aduersas fidei insurgentes dissoluer: sufficiat si ad-  
huc studio, & consilio peitorum id facere possit. Secundo  
adiuertit aliquando minus doctum, & eruditum praefendum esse  
doctori, si prudenter, & potentia Ecclesiæ necessaria praecellar:  
hic enim de causa nobiles, & potentes in Episcopatum eliguntur,  
doctioribus exclusi, quia efficacius i[ps]i Ecclesiæ ab im-  
pugnatibus, & inimicis cam optime volentibus defendent:  
semper tamen eam scientiam habere debent, qui possint  
lucem à tenetibus distinguere: & iuxta temporum, & locorum  
opportunitatem suum munus recte obire, sic Suarez disput. 13.  
fine, Coninch. supra num. 204. Parochi autem, Confessarii,  
Concionatores, & reliqui omnes, quibus cura incumbit alios  
docendi, tenentur eam scientiam mysteriorum haberi, ut &  
explicare, & aliquam rationem de illis reddere, & difficultatibus  
communicer occurrentibus satisfacere possint: alios non  
videat, quia ratione possint alios recte instruere: quod facere te-  
nentur iuxta Trident. sess. 25. cap. 2. de reforma. Et sess. 24. cap. 5.  
de reformat. sic Coninch. disput. 14. dub. 10. conclus. 6. duarca  
disp. 13. sect. 6. num. 6.

### P V N C T V M X I.

Quando quilibet fidelis supradicta mysteria tenea-  
tur addiscere, & parochi, aliqui, quibus  
cura instruendi incumbit sibi subditos  
teneantur docere.

- 1 Cum primum rationis vsum affectus fueris, teneris haec  
discere.
- 2 Ab illo tempore tenentur parochi, parentes, domini sibi subdi-  
tos docere.
- 3 Potest Episcopus supradictos obligare, ut sno muneri satisfa-  
ciant sub excommunicationis pena.
- 4 Darine posse ignorantia invincibilis illorum, quia quis scire  
tenetur e proposito irreflex sententia.
- 5 Respondent sub distinctione illorum, quia sunt necessaria ne-  
cessitate medijs, raro est ignorantia invincibilis: secus re-  
sponde illorum, qui sunt ex precepto necessaria.
- 6 Satisfit argum. num. 4. adolutus.
- 7 Qualiter se debet gerere Confessarius cum ignorantia my-  
steria fidei.

**N**on defuerunt, qui dicant neminem obligari haec  
discere, & credere vñque ad pubertatem, quia vñque  
ad illam etatem nullus videtur perfecto rationis vñ vii. sic  
Man. 1. item. sum. 2. edit. cap. 8. 8. num. 1. Budou. Lopez 1. cap. in-  
struct. capito 4. col. 1. vers. vñiale est. Ceterum haec  
sententia retinenda non est, sed affirmandum, cum primum  
rationis vsum affectus fueris, te debere ea mysteria ad-  
discere, quia si fidelis non es, tenens fidem suscipere: si  
si autem fidem ante vsum rationis suscepisti, teneris ad  
Deum te conuertere, & omnia tua in ultimum finem ordinare,

¶ punclo seq. dicemus. Sed haec fieri non possunt absque scientia mysteriorum fidei. Ergo illam procurare teneris. Item ex iure diuino teneris praecpta Decalogis seruare, & fidei mysteriorum assentiri, cum habes rationis vium: siquidem Christus Dominus omni creatura mandauit Euangelium prædicari, neque prædicationem relinxit ad adulteros, & pubertatem astinientes. Ergo omnis creatura capax vias rationis doctrinam Euangeli ex iure diuino tenet. Suficeret sic docem Nauart. sum. cap. 11. n. 22. Azor rom. 1. lib. 3. cap. 7. qu. 2. Sanchez libro 2. cap. 3. n. 12. de fide. disp. 1. sc. 5. n. 6. & disp. 15. n. 10. Coninch. disp. 14. dub. 10. num. 195. Huius obligationis oris filio ex genere suo grauis est, & peccatum mortale inducit. sic Nauart. cap. 11. p. 22. Tolet. lib. 4. sum. cap. 1. n. 10. Suarez de fide. disp. 15. sc. 1. p. 3. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 3. num. 14. & alijs plures ab eisdem relati. Ratio est manifesta, quia præceptum affirmacionis fidei, quae est res grauissima, exerceri non potest absque hac notitia: sed igitur haec ex præcepto graui habenda. Dixa ex genere suo omissione huius obligationis esse mortale; quia aliquando ex levi negligencia, vel imperfecta deliberatione vel ex levitate materie, est potest veniale: siquidem veniale est, nescire ignoranter. Symbolum, orationem Dominicam, iudee, ignorare substantiam vnuis articuli minoris momenti, qualis videtur esse dicitur ad inferos, quia huc leuis materia reputatur, sicut si ignorares te signo crucis munire, sic Sanchez cum aliis lib. 2. cap. 3. num. 14. Suarez de fide, disp. 15. sc. 1. p. 3.

\* Hinc inseritur primus paroches, patentes, dominos, reperi patochianos, filios, & subditos de his rebus instruere: tum sua teneant curare, ut supradicti obligationes ita strictè satisfaciant: tum quia ei satisfacie non possunt, nisi instruantur, Cum autem dico quinlibet fidem, cum ad vnum rationis verperit, teneti haec mysteria diligere, & esse à proprio patre instruendum, non est intelligendum, de puncto vnum rationis metaphysico, id morali; quatenus occasio, & opportunitas sececerit, que in aliquibus maioriter, als minor est debet. sic Coninch. disp. 14. dub. 10. n. 195. colligit à simili ex Suarez de fide. disp. 15. sc. 1. p. 3.

3 Secundo inserit posse Episcopos obligare sub pena excommunicationis patentes, patochos, & dominos, ut sibi subditos de doctrina Christiana, cum ad vnum rationis verperint, rectè instruunt: quia obligati ad id, ad quod iure diuino sunt obligati; & noua haec pena & obligatione incutiat, ut diligenter fac in sui manibus executione: quod certè iustissimum est. sic Man. 1. rom. summ. cap. 88. num. 3. Sanchez lib. 2. c. 3. num. 15.

4 Sed inquires primò, an dari possit ignorantia invincibilis horum mysteriorum, que quis sepe teneat rata inter fidèles, quam infideles?

Prima sententia docet neminem habere ignorantiam invincibilem eorum, que sunt ad salutem necessaria. sic Bonavent. in 9. distinct. 25. art. 1. quest. 2. ad ult. & q. 3. ad penult. Adrian. quodlib. 6. q. 1. sive argument. ad 2. Mouentur primò, quia lumina naturae teneunt quis Deus colete, & consequenter investigare quo cultu tam interiori quam exteriori colendus sit. Ergo si luxia hoc lumina nature indicum diligenter fecit, sive dubio de fide illuminaverit, quia Deus neminem delerit facientem quod in se est. Ergo non potest esse in aliquo ignorantia invincibilis.

Seconda sententia distinguit inter fidèles, & infideles: & de infidelibus affirmit dasi posse ignorantiam invincibilem, eo quod nonquam fidès eis propria fuit, neque ipsi habuerint occasionem inquirendi de illa: at de fidelibus inter fidèles nutritis negat, sic Gabriel in 3. distinct. 25. art. 2. post q. 3. concl. Durand. lib. 9. n. 9. Man. 1. rom. summ. cap. 88. n. 4. Mouentur, quia inter fidèles haec mysteria ita passim circumferuntur, & publicantur, tunc celebratione festorum, tunc prædicationibus, & exhortationibus, & vix intelligi potest aliquis, cui dubium non laboratur ea addicendi.

Tertia sententia comiunior est, in virtute dati posse ignorantiam invincibilem. Nauart. cap. 11. n. 21. Azor rom. 1. libro 8. cap. 6. qu. 7. & cap. 7. qu. 3. & cap. 8. qu. 1. vñf. Eannes 2. 2. qu. 2. art. 8. dub. 2. Vazquez 2. 2. disp. 1. 2. cap. 1. Sanchez lib. 2. cap. 3. n. 10. Coninch. disp. 14. dub. 11. n. 22. Emanuel Saa vero fides, n. 1. Ratio est, quia ignorantia invincibilis obligationis addicendi mysteria fidēi tunc adest, cum nullum sit pionerem, & dubitationem habet talis obligationis: at contingere tempore potest cum inter infideles, tum inter fidèles, ut quis caret tali iustificacio, vel quia fidei mysteria ei non fuerunt proposita; & casu quo proposita fuerint, obligationem addicendi non percipit. Ergo agnosca ignorare invincibiliter potest.

5 Pro resolutione huius disputationis revocanda est in memoriam distinctio illa super facta de iis, que sunt necesse esse cognoscenda necessitate medi, vel de his, quae sunt nonquam cognoscenda necessitate pionerem. A quinque factis raro contingere aliquem habere ignorantiam invincibilem, cum in cognitione Dei poteris remittere peccata, & gratiani, gloriamque concedere cognitis, ratus est potest, quia mea

hæc notitia saltem sub dubio non imbuens. Dixa tamen cognoscere posse; quia sentio causam non esse impossibilem. Potest namque quis ita barbarus, & agrestis esset, ac inter barbaros nasciri, ut solus Dei notitiam habeat, careat tamen notitia illius, quatenus author est supernaturalum donorum: quam notitiam diximus esse necessariam necessitate medi, ad salutem, & causa carentia illi immediate non impinguatur: quia non se illi offert ratio dubitandi, ac suspicandi obligatio esse inquietare.

Dices, si ex cognitione illa naturali Dei omnibus insita, sufficiat ille aliqui gratia Dei adjutus recte operari, Deus illum illuminaret, & notitiam fidei, & medium periculum ad salutem communiqueret. Ergo ignorantia illa culpabilis est in illo.

Reponeo esse culpabilem in causa, non in se: in causa, quia non ita viuit, vt mercede à Deo illuminari; in se vero culpabilis non est, quia non se illi obicit eis bonam vitam; medium esse ad illam ignorantiam depellendam obligaturumque esse illum depellere.

Verum si de notitia illorum, quæ ex præcepto quis scire tenetur, loquiamur, non solum raro: sed frequenter existimo dari sicut in fideles ignorantiam invincibilem, tenent Doctores relati pro tercia sententia, specialiter Azor cap. 7. qu. 3. Vñf. quæ illa disp. 12. 1. cap. 2. Sanchez libro 2. capite 3. numero 10. fine. Coninch. disp. 14. dub. 11. n. 22. fidei præceptio. n. 25. & f. 29. Sua de fide. disp. 15. sc. 1. vñf. Ratio definiunt ex experientia, quia cognoscimus plures ita iudicemus & aggresemus, vt etiam si super moniti sint de obligatione hæc diligendi, vñf. illi petipiunt, & dato quod perecipiunt, mediocri diligentia continebunt fides, neque in illorum mente vesti maiorem esse adhibendam. Adde piutimos roque de hac obligatione monitos vñf. esse, neque dubium, aut temporum habuisse. Item sepe cognoscens obligationem addicendi caret Doctore, qui docet: autem habet Doctorem, non percipit proper eius in capacitate, quia percipienda sunt. Ex quibus si ignorantia invincibilis labore. Neque enim (vt bene dicit Emanuel Saa vero fides, num. 2.) credendum est de divina bonitate perfice inservit Christianorum aliqui bonorum multitudinem, qui de mysterio etiam Trinitatis, & Incarnationis via quidquam recte vorunt, immo peruersi septent. si interreges, potius ex dictum condannendum istorum pastores ob negligientiam docendi.

\* Ex his pater solutio argumentorum, quæ pro contrariis sententiis sunt facta. At rationem primæ sententiae concedo, inquit, lumine naturæ cognoscet Deum esse colendum: negotiantur cum haec cognitione statu non posse ignorantiam invincibilem Trinitatis, & Incarnationis, alioquinque mysteriorum fidei: tum qui non colit Deum iuxta lumen indicium, & datum, sed illud colat, solum inferior illuminandum esse à Deo de mysteriorum cognitione ad salutem necessariae necessitate medi, ex præcepto. Quia properantur cognitionis debite ex præcepto, attempant salutem non amittit. Ad rationem secundæ sententie dico passim in Ecclesia mysteria fidei circumferri, sed fuit plures ita rudes, & barbari, vt ad ea non attendant, neque dubium illis gerat talis obligationis, & concessio quod obligatiōne perecipiunt, non habent Doctorem, qui docet, vel capaces nos sunt addicendi. Argumenta tertia sententia nostram conclusionem probant.

7 Secundū inquires, quomodo se debet habere Confessarius cum ignorantia mysteria fidei.

Reponeo quatuor sufficienti fundamento presumit penitentem has ignorantias laborare, debet illum interrogare, aliud non tenetur. Azor rom. 1. lib. 3. cap. 8. q. vñf. Sanchez lib. 2. cap. 3. n. 23. Coninch. disp. 14. dub. 11. n. 22. Interrogatio systema directe fit primò, vt cognoscat, an ignorantia habet culpabilis, & necessarij confundatur. Nam si ita est, vt communiter contingit, debet penitentem monere, vt se de illa accusat, & doleat, & clamib[us] Ecclesiis subficiat. Secundū fit interrogatio, vt media interrogatio de mysteriis instruitur: & quidem debebit instrui ante confessionem mysteriis necessarij confessio necessitate medi cognoscendis, nemini est dubium: nam sine illorum cognitione prima talis haberi non potest, horum tamen ratus, vt nullus est ignorans. De mysteriis autem necessitate præcepti cognoscends congenitissimum est, vt penitentis ante confessionem instruitur saltem rati Minervi, qui ratus est que cum si breue tempus inflammat, sufficientem illorum notitiam assequi non possit. Tota enim difficultas est in cognitione mysteriij Trinitatis, & Incarnationis, & Eucharistie: nam illis cognisi reliqua per se patent, vt expedit Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 3. num. 22, nullus enim inter fidèles numerus ita barbarus est, qui non cognoscet Ecclesiam Catholicam: id est, vt cum alijs fidélibus eandem fidem proficeret. & cum illa salutari, & non in fide gentilium, & Mahometanarum. Quid videtur sufficiens, etiam si non cognoscet sub non capite militari. Item nullus est, qui non cognoscet saeculorum communionem, secundum quod à rudibus cognoscet debet, cognoscunt enim omnes fidèles aliorum preceps, sibi prodesse, & quidem orationibus aliorum se commendantes habent. Remissione peccatorum quis ignorat? cum gallus ad confessiōnem secedet

cedat, nisi pro illa imperanda, Carnis resurrectionem, & vitam eternam omnes norunt; qui nihil est ita reperitum; ac ille aliud videntur. Idem est dicendum de preceptis Decalogi & Beatis. Tamen, inquam, esse, qui horum ignorantia laboreret. Quocirca si puerus sufficenter mysterio Trinitatis, & incarnationis, & Eucharistie instruatur, videat instrutus de notitia regulae Horum autem mysteriorum notitia faciliter communicari potest; quis enim est ita barbarus, ut si aliquantulum cum illo labores, docens est vnum Deum in tribus personis, Patre & Filio, & Spiritu Sancto, & Filium esse hominem factum, passum, mortuum, sepulatum, resurrectum, & ad iudicium ventum, datumque iussi praemium, & peccatoribus supplicium, adstat? que realiter in venerabiliter sacramento, non poteris; Quapropter convenientissimum est neminem relinquere ignoratum. An autem obligatio sit in Confessario influentem pietatem de his mysteriis, antequam illum a peccato absolvant non omnes concordant. Banes 2. 2. quest. 2. art. 8. dub. Petrus de Ledesma 2. tom. summ. tract. I. cap. 3. post. 7. tunc. Man. 1. tom. summ. cap. 8. fine & alii docent non esse absolvendum, sed instruendum à Confessario, vel remittendum, rupris dictis. Ceterum longè probabilem existimo posse Confessarii absoluere pietatem a peccatis, quin de myste- riorum sapientia instruit, modò puerus habeat firmum proutrum ea addiscendi. Ratio est, quia nullibi constat esse praecipuum addiscendi ea mysteria ante absolutionem, neque credendum est obligationem esse ita strictam, vt non possit aliquo tempore differi. Quod efficacius procedit, cum puerus ignoratio innoxibilis vltro tunc laboratur quando autem ignorantia culpabilis fuit, maiori circumspetione opus est, & examinationum est diligenter propositum addiscendi; ac firmum sit quod si tale est constitutum, aboliui poteris: sic Azor lib. 8. cap. 8. quest. 2. Sanchez lib. 2. cap. 3. num. 21. & 23. Coninch. disp. 14. dub. 1. circa finem. Ioann. Sanchez in select. dispe. 9. n. 18. Secus veto dicendum est ante Baptismi saeceptionem; quia sub gratia culpa nemini adulso dandus est, qui prius sufficiente de mysteriis nostris fidei tam de his quae debet credere quam operari, instrutus quia cum ex Baptismo ad illa omnia credendo & exequenda obligatur, non est coquenter ignorasti hanc obligationem imponi: & ita tradit. Valent. 4. tom. 1. p. 9. quest. 3. punct. 2. ad finem. Sotus 4. dub. 6. 9. 2. art. 1. ad finem corp. Suarez 12. 3. in 3. pars. 9. 7. 1. art. 2. in prime, comment. Nauar. cap. 24. n. 15. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 3. n. 24. Excepit tamen supradicti Doctores periculum mortis, in quo dandus est baptismus petenti pro qualitate temporis instructio- ne, inquam, tanto bono priueat, & periculum subeat salutis teneat.

## P R A C T Y M X I I .

Quo tempore obligatus sis fidei actum exercere?

<sup>1</sup> Duplex est obligatio alia directa, alia indirecta.

<sup>2</sup> Obligatio indirecta pluribus eventibus est.

<sup>3</sup> Obligatio directa aliquando adest, sed quo tempore sit non sa- sit constat.

<sup>4</sup> Tempus huius obligationis pro infidelibus est: cum fides illis sufficienter proponitur.

<sup>5</sup> Pro infidelibus, cum rationis vsum attingant, illisque sufficien- ter mysteria proponuntur.

<sup>6</sup> Prater supradictum tempus raro, vel nunquam est obligatio directa exercendi actum fidei.

<sup>7</sup> Nullus infidelis tenetur præbere dubium cuiilibet predicatori.

<sup>8</sup> Neque tenetur ei assentim præberre, quoniamque prober fidem, quā predicatori esse evidenter creditiblē.

<sup>9</sup> Quilibet infidelis Maronis, & hereticus, cui dubium est, an secundum procedat, tenetur invenire veritatem aliqui- cula rebus eis.

<sup>10</sup> Non omnibus infidelibus equaliter propositione fidei sufficit ad credendum.

<sup>11</sup> Mysteria fidei si proponantur infidelibus, ut magis credibilita- tam non evidenter credibilius, tenetur eis assentiri secundum Banes, & Ledesma.

<sup>12</sup> Superiorum doctrinam, ampliè fuit Sanchez pro articulo, moris, secus extra illam;

<sup>13</sup> Probabilis census nullo tempore te obligatum esse fidem ex illa propositione amplecti.

<sup>14</sup> Sacra fidei argum. approfici.

<sup>15</sup> Quia propositio sufficiat infidelibus ad credendum.

<sup>16</sup> An amittas fidem si idolum adorem, vel heres profesar-

<sup>1</sup> Præsupponendum est sermonem esse posse de obligatione directa, & per se exercendi actum fidei & de obligatione indirecta, & per accidens. Obligationem directam, & per se vco. quae ex ipsam fide oriuit: obligationem indirectam, & per accidens, quae aliunde scilicet ex alia virtute orum habet. Exempli declaratio: obligatus es de peccatis conteri, per acci- dens tunc obligaris fidei actum habere, quia ab ipso illo, non

Erd. de Castro. Sum. Mors Pars I.

poret esse contrito, prout oportet, vt iustificationis gratia con- fatur. Econtra vero interrogaris de fide cotam tyranum, di- recte fides exercenda est.

<sup>2</sup> Est autem obligacionem indirectam elicendi actum fidei constat apud omnes. Primo in supradicto casu, cum obligatis contari de peccatis, quia non potes contritionem habere, quia credas Deum tibi posse peccata remittere: & ideo Tri- deat. *seq. 6. cap. 6.* actum fidei inter dispositiones ad gratiam enumeratur. Secundo quoties obligatus es spei, & charitatis actus exerceri; non enim sine actu fidei haberi possunt. Vnde quia in articulo mortis secundum receptionem sententiam iij actus à quolibet fidei exercendi sunt, simul erit exercenda est fides. Tertio quoties obligatus es aliquod sacramentum recipere, quia tuoc consequenter obligaris credere illius virtutem, & efficaciam: quod procedit efficacius in susceptione venerabilis Eucharistie sacramenti, nequit enim debet sibi quin credas ibi Christum Dominum adesse presentem. Quarto cum virget gravis aliqua tentatio aduersus castitatem, patientiam, iustitiam, cui necessitas sit actu fidei resistere, iuxta ijjud. 1. Pe- tri 5. cui resistite fortis in fide. Quinto, si praecipuum orandi habebas, quia id non videtur exercelli debet posse absque fide, quia credas Deum posse postulare concedere. Sexto, adducit aliqui quoties obligatus est Ecclesia mysterium aliquod celebratur, quia vide- tis tunc obligatus illud credere. Item quocties habes praecipuum audiendi Missam, qua tunc credere debes sacrificium quod in illa offeratur. Ceterum ex praecipto obligandi fidei, & audiendi Missam, non videris obligatus fidei actum exercere; quia absque illo potes vacare ob operibus servilibus & Missa sacrificii adesse, debita attentione & intentione colen- di Deum. Factor tamen sicut illius praecipiti esse fidei profes- sionem; sed quia haec fidei professione intenta non est praecipa- tio ad illam exercendam non obligaris, sic Suarez de fide. disp. 14. celi. 5. num. 2. & 5. Addebat quocties indirecte ad fidem exercendam obligatis; si eius exercitium omittas, non peccaturus aduersus te, sed aduersus illam virtutem, ad quam exercendam ex praecipio directo tenetur. Vnde in confessione satiascat, si eius omissionem manifestes, sic Suarez num. 5. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 1. num. 3. in medio. & circa finem.

<sup>3</sup> De obligatione directa exercendi fidem maior est dubita- tio pro quo tempore sit. Nam ad. sic aliquando hanc obliga- tionem ex iure diuino in competito est apud omnes eo quod sit fides ceterorum virtutum fundamentum. Vnde si de aliqua virtute exercenda praecipuum sit, maximè de fide debet esse. Item fide subditur nobis intellectus Deo, etsi prima homi- nis ad Deum subiectio dixit. D. Thom. 2. 2. q. 16. art. 1. debet ergo reliquis praecipiis haec subiectio primaria.

<sup>4</sup> Tempus ergo huius obligationis committit Doctores assignant pro in delib. cum illis fides sufficienter proponitur. Sic Suarez disp. 11. de fide, sect. 5. n. 6. Azor tom. 1. lib. 3. cap. 17. q. 8. Sanchez lib. 2. cap. 1. num. 3. Valent. tom. 3. disp. 1. quest. 2. punct. 5. Coninch. disp. 14. dub. 10. à num. 10. Ratio est manifesta: quia infidelis fidem tenetur admittere, cum ei sufficienter proponitur. Ergo tenetur fidem exercere. Item si infidei is fidem sibi sufficienter propositam posuit absque pecca- to responde, nulla illi est obligatio se conuertendi. & conse- quenter neque procurandi suam salutem: quod est absurdum. Advertit tamen Sanchez illo n. 3. circa princip. hanc obliga- tionem non esse accipiendo pro metaphysico instanti in quo fides sufficienter proposita est, sed moraliter sita vi in re tanti momenti ne nimium arbitrio prudentis defatur. Et confirmati potest à simili ex praecipio Baptismi quem non tenetur quis suscipere statim ac sibi sufficienter sufficienter proponitur sed potest absque peccato aliquantulum differre: neque illa dilatio confitetur Baptismi contemptus. Ergo Similiter esse potest in fi- dei afflusu. Ceterum credo hanc obligationem esse pro instan- ti metaphysico, quo infidelis fides sufficienter proposita: sic Coninch. disp. 14. dub. 10. n. 25. & seqq. & videtur esse Banes 2. 2. quest. 10. art. 1. dub. 3. conclus. 5. Nam si tunc respuit fidem vel de illa aliquo modo dubitat peccatum infidelitatis commit- ti, vt se constat. Suspender autem afflens, & le negati- tive, habere, vix fieri potest moraliter loquendo quia nulla ex- cogitari potest ratio afflens suspendendi pro aliquo tempo, nulla de veritate credibilium sit, dubitatio, & Deus au- xilium imperiale ad eliciendum actum concedat. Neque est simile de Baptismo, cuius dilatio ex multis causis honestari potest, quia tamen esse non possint in actu fidei interno. Adde- tam nulla ad eam honesta causa differendi. Baptismum, peccate infidelem differendo.

<sup>5</sup> Tempus autem fidelibus assignatum, vt fidei actum exer- cent, est cum ad vnum rationis attingant, & illis mysteria fidei ex obligatione credenda proponuntur, sic Suarez, Sanchez Azor, Valent, Coninch, supra Ratio esse potest, quia si aliquo tempore haec credere fidelis obligatur, maximè cum incipit ratione vii ceterum summe decens, vi initia rationis à subiec- tione fidei incipiat. Quod optimè confirmari potest ex sententia illa D. Thom. 1. 2. quest. 8. 9. art. 6. affirmans puerum statim cum ad vnum rationis peruenire, esse obligatum omnia sua in

X 3. Dece

DE  
ASTRO  
PALACI  
Tom.

Deum tanquam in authorem naturae referre. Ergo etiam erit obligatus puer baptizatus omnia sua in Deum, tanquam in finem supernaturalem referre: siquidem per fidem in Baptismo suscepimus ad illum finem ordinatus. Notandum tamen est cum Sanchez lib. 2, in Decalog. cap. 1, n. 3, & Coninch disp. 14, dub. 10, num. 213, huiusmodi potest, & in infante baptizatos, & inter fidèles nutritos excusari aliquo tempore ab hac obligatione; quia neque illis haec mysteria credenda, tanquam reuelata proponuntur; neque ipsi obligationem assentiendi illis ex fide diuina percipiunt.

6. Prater iupradictum tempus raro, vel nunquam est obligatio directa exercendi actum fidei, sufficienter enim videris illius obligationem satisfacere, cum actus aliarum virtutum, spei, charitatis, & religionis exercet, quos debitis ab ipso fidei exercere non potes, sic Suarez disp. 13, de fide, sect. 5, n. 6. Solum de tempore, quo de fide grauitas tentatis, videris obligatus fidei actum exercere, ne tentatione succumbas, iuxta illeud 1. Petri, 5. ui resolute fortes in fide. sic Suarez supr. Sanchez lib. 2, cap. 1, num. 3, Valente, 2.2, disp. 1, quæf. 2, punct. 1. Azot 10. 1. lib. 8, iust. moral, cap. 7, quæf. 6. Verum non tempore hic modis resiliendi interne tentacionibus necessarius est, quia ita est tentatione depellere potes, & forte faciliter, si cogitationem alio diuertas. Coninch disput. 14, de fide, dub. 10, num. 214, imo ut tentatione cesseret, & imaginatio quietaret, potest ali quando esse convenientius, nullum actum positivum fidei in illa tentatione exercere, ne scilicet imaginatio magis turbetur, & vehementer tentatione virginari: quod principiè est aduentendum pro scriptopulo, qui nisi actum positivum fidei elicuisse, sibi persuaderet de fide dubitare, & tentationi confundere, ij enim apud resisterent, si imaginaciones illas falsas contumperent, & cogitationem, vt dixi, alio diuertant.

Locutus sum de resistencia tentacionibus fidei internis. Nam si grauitas ab aliquo tyranno de fide teneris, credo te obligatum esse fidei actum exercere; quia ita modis resiliendi debet nec. Istarum est exterius fidei professione: at hanc summis posse proficer exterior, sine actu interiori, quo credamus fidem illam esse veram, non peripio. Item aliquo medio ut debes munire in tam gravi confitu, ne pereras. Quid ergo medium aduersus fidei impugnationem esse potest, quam ipsa fides? Est ergo in illa occasione exercenda, & ita tradit Suarez, Sanchez, Valens, Coninch, Azor locis allegatis.

7. Sed inquires, quando fides reputanda est, sufficienter tibi proposita, ut tenearis illius actum exercere? Interrogatio eile potest tam de infidelib., quam de fideli, in infante baptizato.

Et primò suppono nullum infidem esse obligatum præbere auditum cuiuslibet predicatori Christiano volenti de fide instituere, & à sua religione diuertere; quia solum ob eius dictum non teneare credere esse vera religiosum predicationem, alias deberet credere Iudeo, & hereticus de sua falsa religione predicare volenti, sic Bannes 2.2, quæf. 10, art. 1, dub. 3, conclus. Sanchez lib. 2, in Decalog. cap. 1, num. 4. Petrus de Ledesma, a. tom. summ. tralat. 1. cap. 5, conclus. 3. Neque obstant Principem Christianum sapientia libum barbaris, quia praedica orem fidei pelebat. Ergo signum est obligatus esse illum audire. Non, inquam, obstant, nam, ut bene responderem, Bannes supr., nulli Principi libet barbaris bellum inferre, ut quemlibet Euangelij predicatorum audiant, quia ad audiendum Euangeliū, antequam videant signa, & rationes, quibus in sua fidei reddantur dubi obligatio non fuit: potest tamen Princeps Christianus bellum barbaris inferre, ne predicatorum verecunt, & ne alios quidem volentes impediunt; quia ad hanc faciendo nullum iuri habent.

8. Secundò suppono: quanvis infideles audient predicationem vero religiosum, non tenent statim illi assentient, quovisque ex rationibus, ex signis, ex honestate viri, & aliis testimoniis probet fidei, quam predicit, esse evidenter credibilem. sic fecit omnes Doctores, Sanchez lib. 2, cap. 1, n. 4. Bannes illo dub. 3, conclus. 3, Valquez 1.2, disp. 120, cap. 5, init. Azor tom. 1, lib. 2, cap. 7, q. 6. Tolte, lib. 4, sum. cap. 1, num. 2, Salas 1.2, tom. 2, 1. art. 3, disp. 8, sect. 4, num. 3. Ioan. Sanchez in fidei, disp. 19, n. 3. Curiel, 1.2, quæf. 7, art. 2, dub. 3, Lorca 1.2, tom. 2, disp. 30. Ratio est, quia quovisque predicator probet evidenter esse dignam credi, temerari procedit, si religionem suscepimus de fidei; expositis enim ex manifesto peticulo erandi, & loco predicatoris vei falso, & hereticis assentient. Quapropter D. Thomas 2.2, quæf. 1, art. 4, ad 1, require ante fidem videte ea, que credenda sunt, non quidem in se, sed quodammodo cognoscere etiam credibilitatem.

9. Tertiò suppono infidelem Turcam, hereticum, cui nostra fides ut credenda proponitur, etiam de facto non proponatur: evidenter credibilem; quia sicut eius intellectus nec de veritate nostrae fidei, nec de falsitate sua fidei convincitur, teneri nihilominus veritatem indagare: quod si non fecerit, culpe imputabitur, quia in re tanti momenti, quia is est vierna salus, eo ipso, quod dubium occurrat, an legeri procedat, debet vincere, sic notavit Suarez disp. 17, sect. 1, num. 9, & Coninch disp. 14, de fide, dub. 10, num. 213. Et dub. 11, n. 2; o. assert omnes Turcas, Iudeos, ac hereticos pri-

dentios laborare iam ignorantia vincibili; quia ferè nullus est, cui sufficiens ratio de sua religione dubitandi non occurreret.

Sed inquires, quam diligentiam debet hic præstare ad veritatem indagandam, ut illa facta excusat à culpa?

Respondeo satisfacere, si querat plium, & doctum virum, quia non videtur esse alia via hominibus relata veritatem inuestigandi; si autem invenire non possit, credo obligati Deo precies fundere, ut viam veritatis demonstrer, & à peccatis abstineat, ne impedimento sit illuminationi facienda, sic Suarez de fide, disp. 17, sect. 1, num. 10.

10. Quartò noto non omnibus infidelibus æqualem fidei proportionem sufficere, ut fides evidenter credibilis reddatur: sic ex Caietan, 2.2, quæf. 1, art. 4, vers. dicendum, tradit Sanchez lib. 2, in Decalog. cap. 1, num. 6. Ratio est clara, quia exdem rationes facilis vius intellectum, quam alterius conuincent, lis possit.

11. Difficultas est, an si tibi infidelis proponant mysteria fidei, non ut evidenter credibili, sed ut magis credibili, quam tua fidei mysteria, tenearis relinquere tuam fideam, & fidei mysteria assentiri? Bannes 2.2, quæf. 10, art. 1, dub. 3, conclus. 3. Et 4. Ledesma, a. tom. summ. tralat. 1, cap. 5, conclus. 5. Et 6. affirmant. Quia in medio necessarium ad salutem secutiorum viam debes ampleri, ne te pericolo errandi exponas. Item, quia elo cuilibet licet sequi opinionem probabilem, relata probabilitate; hoc tamen non est intelligendum de opinione probabili facti, sed iuri, ut contingit, cum à longe hominem vides, quem probabilitate existas secum esse: licet enim æquæ probabile sit hominem esse, & feram, non tamen est probabile ut posse ad illum sagittari immittere, quia prior probabilitas est facti, non iuri: sic in iupradicto calo, uti probabilitas ut fidei tibi propinquat esse meliorem, probabile non est ut posse tua fide adhucere, & fidem respire.

12. Thomas Sanchez lib. 2, in Decalog. cap. 1, num. 6, distinguunt de articulo mortis, & extra illum, & dicit superiorem tentationem Bannes veram esse in articulo mortis, secus vero extra illum. Mouetur, quia in articulo mortis debes prouidere tua saluti meliori, & fecuriori via, quia possis, quia non superest tempus rem diligenter examinandi, neque errorem, si forte contingat, emendandi. Extra articulum mortis non veris tenet fidei probabilitate propriezate assentiri, quia restat tempus amplius rem examinandi.

13. Mihi autem dicendum videtur probabilis esse, nullo quantum tempore ut obligatum esse amplecti fidem propositam intra terminos tantum probabiles; sed necessarium esse proponi, tanquam ut evidenter credibilem, ut tenearis illum amplecti. Et quidem hoc esse necessarium extra articulum mortis, docuit Sanchez supr. & videut tenere Vafq Arag. Victor. Azor ab eo relati. Racio est, quia fides proposita solum sub probabilitate, quod sit credibilis, non infest ut obligatum esse credere, sed homini ut posse credere sicut ad obligacionem inducendum, necessarium erat, ut cognoscet fidei ita esse dignam credi, ut nulla ratione contraria error dignus credi inveniatur, quia dum contraria error dignus credi inveniatur, non tenearis illum deserere, ergo nec fidei assentiri. Debet ergo, ut tenearis fidem amplecti, conuincit a fidei tui erroris, & de veritate fidei amplectenda. Et confirmo. Si fidelis ex ignorantia proponere retinet hereticis aliqua, ut magis probabilitate credibilis, quis dicere teneri fidei deserere, & illi assentiri? Ergo neque etiam infidelis teneat fidei vera sub eadem probabilitate propositae assentiri.

14. Haec rationes, meo iudicio, æquilater probant de articulo mortis, ac de religio tempore, id est quod nullus ex Doctoribus citatis, præter Sanchez hanc distinctionem fecit, sed generaliter affirmarunt non teneari infidelem fidei mysteria assentiri, quoque de eorum credibilitate conuincent. Et insuper probari potest, quia obligatio colendi Deum fide vera æquilater obligat tam in vita, quam in morte. Ergo si Deus non offenditur in vita per repudiatum factum ac infidelem de fidei tam probabilitate proposita, neque in morte offenditur, & ita docuit Ioann. Sanchez in fidei, disp. 19, a. num. 4.

15. Neque obstant argumenta contraria. Non enim tenet secutorem, seu probabilitatem viam sequi in necessariis ad salutem suffici, si secutram, & probabilitate sequaris, quia etiam in illa, que tibi videatur probabilis, & fecurior, potest error comingere. Confirmatio non vigeret. Fato ex probabilitate facti, non sequi sapient probabilitatem iuri, quando scilicet probabilitas iuri, in probabilitate facti non fundatur: sic ut non fundatur in casu allegato in argumento. At quando probabilitatis iuri in probabilitate facti fundatur: rure, inquit, ex probabilitate facti probabilitas iuri infertur. Exempto enim illustriss. Est mihi probabile, pallium, quod possideo, esse meum: probabilis tamen iudico esse tuum, non teneo tibi reliquias, sed postum secutre possidere. Sic in pacienti est probabile infidelem veram religionem habere, licet probabilis sit oppositum: non videatur obligandus errorum deserere. Quod vero in articulo mortis non iuppiat tempus amplius rem examinandi, hoc non efficit, quod securam

secutam vitam tenetatur deservere, & securionem amplecti, sed solum quod pro opportunitate temporis rem diligentius examine.

<sup>15</sup> Hucusque de infidelibus. Quid ergo de fidelibus direndam? si inter Catholicos nutriti sunt, constat ex dictis, teneat credere, cum illis mysteria fidei proponuntur taliter, quod non habent infra rationem dubitandi vera illis propria: si autem inter hereticos sine nutriti, debent illi mysteria fidei ita proponi, ac si infideles essent; alia non temerantur assentiri; temer enim, & imprudente procederent, si cibis predicanari alienum praetererent. Quocirca iij neque heretici sunt neque tanquam heretici sunt puniendi, quovis que constet, & probetur illis fuisse mysteria nostra fidei sufficiens proposita, & nihilominus repulisse: sic docent Castro de infra heretic. punit. exp. 8. dub. 2. Simane de Catholicis. infit. m. 1. n. 7. Atag. 2.2. quæst. II. art. 2. dub. vlt. Sanchez illos reprob. lib. 2. in Decal. cap. 1. num. 8.

<sup>16</sup> An vero hic infans nutritus inter infideles, vel hereticos, si post ruit ratione adoret idola, & heretici contra ius naturae proferas, peccet contra fidem, & illam amittere? Puis affirmans videbat probanda. Nam ad amittendam fidem non requiritur cognitio illius: si enim qui inveniuntur ignorare se baptismatum esse & voluntarii erroribus fidei contrarii alienatur, fidem amittere; quia illi assensus vere est contra fidem, & peccaminosus. Ergo si fidelis baptizatus credenter culpabiliter fornicationem esse licitam, & idola esse adoranda, enemt haberet aduersus fidem, & cu' pabiliem. Ergo destruit fidem. sic Banes 2.2. quæst. 10. art. 5. vers. sed quid dicendum. Por. de Leden. 2. tom. summ. tract. 1. cap. 5. post 10. conclus. disput. 2. Nihilominus probabilius est talen fidem sic peccatum non amissum fidem, quia ignorare illam inveniuntur, ino dabo eis ignorantiam, & inaduentiam culpabilis est: et non qualibet ignorantia, & inaduentia culpabilis excludit fidem, sed requiritur peritia, & ita tradit Sanchez suprad. Suarez cum communis sententia de fide. disput. 15. s. 2. num. 3.

## PUNCTVM XIII.

An sit preceptum de externa fidei confessione & quando obliget.

- 1 Duplex est preceptum de externa fidei confessione. Alterum positivum, alterum negativum.
- 2 Preceptum negatum semper obligat.
- 3 Distinguunt duplex negatio, directa, & indirecta.
- 4 Sape nomen Christiani, clerici, religiosi, non pro fide sed pro natione, & professione usurpatum.
- 5 Preceptum affirmatum fidei aliquando obligat.
- 6 Si est infidelis, cum tibi fides sufficienter proponitur.
- 7 Item obligat, si talis confessio est necessaria ad defensionem fidei.
- 8 Item si necessaria est, ut aliqui in fidei confessione perseverent.
- 9 Extra supradictos casus, non appetet quando obliget confessionis fidei preceptum positivum.

<sup>1</sup> Culta extrema fidei confessionem, duplex est fidei preceptum, ex omnium Catholicorum sententia, cum D. Thom. 2.2. quæst. 3. art. 1. auctum affirmatiuum, alterum negatiuum, negatum semper obligat ad non negandam fidem, affirmatum ad illam confundendam. Et quidem pertinet hoc actus ad fidem, constat: nam fides non solum postulat donec rectius assentiri, sed etiam talem assensum aliquando manifestare, iuxta illud Pauli 2. ad Corinth. 4. Habentes enim spiritum fidei credimus, proper quod loquimur.

<sup>2</sup> Difficilis est, quo tempore hæc precepta obligent? Et quidem preceptum negatiuum non negandi fidem exteriorum, semper obligat, non solum quando cum interiori negatione contingit: tunc enim clarum est, quia est apostolia, & deserto fidei, sed etiam si solum verbis, vel signis exteriorum negatur, animo autem fides retineatur. Conclusio est certa de fide, ex illo Matth. 10. Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego coram Patre meo. Sed qui exercitus fidem negat, etiam si animo terreat, vere negat Deum coram hominibus. Ergo dignus est, ut negetur a Christo coram Patre. Quod adeo verum est, ut nemini licet talis negatio ob ullam causam, etiam ob vitandum mortem, & gravissima tormenta, quia illa negatio est inincedibile malum, quia est quoddam mendacium derogans diuini honorem, & religione Christiana summe consumelsum. Qui enim negat fidem, dicit summan & infallibilem veritatem falli, quod à mendacio derogante diuinum honorem circunstat non potest.

<sup>3</sup> Duplicitur contingit hæc negatio fidei. Primum directe, vel si fidem absolute negas, vel si neges aliquem eius articulum, vel eius constitutinem, & necessitatem. Secundum indire, si negas te esse Christianum, Catholicum, aut Papistam,

quia virtute negas Christum, eiisque Catholicam religionem. Apostolus enim Petrus solum negavit se nosse Christum, cuiusque discipulum esse: & quia in tali negatione Christum negabat, grauius peccati reus fuit. Idem est si dices te esse Turcam, Iudæum, Etanicum, Lutheranum, non enim cum his actis compati potest Christiana religio: ac proinde qui eas seculas diceret se profeti, consequenter dicit se à Christiana religione alienum esse: si omnes Doctores, vt potest videti in statu referendas.

<sup>4</sup> Verum aliquando nomen Christiani non religioni, sed nationi accommodatur: vt contingit in bello inter infideles, qui si interrogant, an sis Christianus, negare potes, cum adeo aliqua grauius causa negandi, restrictione tamen in mente retenta: quia tunc non negas fidem Christianam, siquidem de illius professione non rogaris, sed solum negas te esse talis nationis, cuius hocce reputari sunt hostes, & inimici: sic docent Azot. tom. 1. inflit. moral. lib. 8. cap. 27. quæst. 1. art. 2. Banes 2.2. quæst. 3. art. 2. dub. 1. conclus. 4. Sanchez lib. 2. Decal. c. 4. n. 8. Coninch disput. 15. dub. 2. n. 10. Suarez disput. 15. sect. 1. num. 10. Idem est, si interrogari, an sis clericus, religiosus, vel aliud officium, aut manus Christianæ religionis feceris, scilicet audire Missam, intercessu diuinis, negare potes cum restrictione mentis, quia hoc non est negare fidem, sed negare aliquod manus fidei, quod absque peccato negari potest, si causa subtilis legitima viendi restrictione mentali. sic Suarez num. 1. Coninch num. 1. Sanchez num. 10. Azot. q. 2. Adde hoc verum esse, etiam si interrogatis inveniatur interrogatione facta explorare tuam fidem: non enim illi tu eam negas, negando manus illius. siquidem absque illo fidem habete potes. sic Azot. & Sanchez suprad.

<sup>5</sup> De precepto autem affirmativo confessoris fidei constat apud omnes aliquando obligare, ex illo ad Rom. 10. Co-de creditur ad infinitum: ore autem confessio fit ad salutem, id est, ad salutem confortandam, vel ad salutem aeternam obtinendam: & tradit D. Thom. communiter receptus 2.2. quæst. 3. art. 2. Valent. disput. 1. quæst. 3 p. 2. Suarez disput. 15. sect. 2. in princ. Azot lib. 8. cap. 7. in princ. Coninch disput. 15. dub. 1. num. 6. conclus. 2. Ratione redditum supradicti cum D. Thom. qui tunc exercitium aliquius virtutis est in precepto, quando gratia necessest est ad charitatem Dei, vel proximi seruandam, est enim charitas finis legis, omnisque lex in charitate solidatur. Ergo que necessaria fuerint ad charitatem, ex lege, & precepto necessaria erunt: atqui sapientia externa fidei ad hanc fidem necessaria est. Ergo. Minorem probo: discurrendo per casus, in quibus confessio ad charitatem Dei, vel proximi conferuandam videatur necessaria: hinc constabit, quo tempore hoc preceptum confessionis obliget: & quoties honor diuinus, & bonum proximi grauerit periclitatur, nisi fidem facias, claram est ad charitatem Dei, vel proximi tunc confessionem fidei necessariam esse. Quando autem hoc contingit non est facile explicare.

<sup>6</sup> Primum ergo contingit manifestationem fidei ad honorem Dei esse necessariam, si tibi infidelis, & extra Ecclesiam posito mysteria fidei sufficienter proponantur: quia tunc tenetis & illis assentiri, & Baptismum suscipere, & Ecclesie vniuersitatem, quod si renas, honorem diuinum grauerit ladiis, sic Coninch disput. 15. dub. 4. num. 78. Suarez de fide, disput. 14. sect. 1. num. 7. Si autem in infancia baptizatus fuisti, quia per Baptismum, qui est sacramentum fidei, iuxta Trident. sect. 6. cap. 7. non potes fidem iulicet manifestare, debes aliquibus aliis signis fidem internam ostendere: debes enim ostendere te esse Catholicum, & fidem. Verum huius obligacionis tempus determinatum signari non potest, & sufficienter huic obligationi fit satis, exercendo actus preceptorum alatum virtutum, v.g. audiendo Missam, recipiendo sacramenti, & alia opera exercendo, que signum sunt catholicæ religionis: his enim signis sufficienter fides interna manifestatur. Neque videatur proprius eius præcisam manifestationem, esse obligacionem iulicendi aliquod speciale signum, sic Suarez illo n. 7.

<sup>7</sup> Secundo est necessaria confessio fidei ad honorem Dei, si proprius eius defectus religio Christiana falsa ab aliquibus existimari possit, aut eius author falso dixisse ita D. Thomas communiter receptus 2.2. quæst. 3. art. 2. Suarez disput. 14. sect. 2. num. 7. Coninch disput. 15. dub. 5. num. 84. Valent. disput. 1. quæst. 3. punct. 1. circa primum diuinum.

Tertio si videores fidem irridere, & ablique tuo grati incommodo possis tridentes compescere, vel fidem laudare, tenetis id prætest: quia tunc laudatione videatur irrisio facta diminui, & quasi compensari. Sanchez lib. 2. cap. 4. num. 5 & Coninch disput. 15. dub. 4. num. 8. Quod si timeres irisores ex tua laudatione magis irritandos fore, & in blasphemias processuros, non credo te esse obligatum, si quidem cessat fons, ob quem tua laudatio precipitatur, qui est fides Christianæ excellentiam promovere. Coninch disput. 15. dub. 5. num. 9. & 110.

Quattuor, si crederes ob non confundandam fidem te pufillanitate opprimendum esse, & periculo negandi fidem exponeendum; quia tunc clarum est, te esse obligatum confidere, sic Suarez disput. 14. sect. 1. num. 5. in medio.

8 Quinto confessio fidei est necessaria ad bonum proximi, quando credis ex omissione tua confessionis, aliquos fidem esse amissitos, & facta tua confessione fitnos futuros esse. Item quando tua confessio occasio futura est aliquos ad fidem concuerendi; quia non solum ex charitate saluti proximorum illo in casu tenitis consultere, sed etiam ex fide teneri fidem in aliis promouere: quia fides non solum obligat subiectum, in quo est, ut fidei mysteriis firmatur assentit, sed etiam obligat ut procuret alios sic firmiter assentiri. Item qualibet virtus obligat subiectum in quo est, ut impedit, quod illi fuerint contraria: cum autem peccata contra fidem a quoquecumque commissa sint, fidei sunt contraria, efficiunt sancte obligatum esse ex fide se impedit, sic docet Coninch. disp. 15. dub. 4. num. 79.

9 Extra huiusmodi casus non reperio alium, in quo obligari fides ratione sui fidem profiteriatio tamen aliam virtutum lege obligat. Si enim ex charitate, vel iustitia teneatis proximum instruire de fidei mysteriis, iam inde obligaris fidem proficer in illa enim instructio, professio fidei est. Item si ex religione debes sacramenta suscipere, & venerari, illa suscepito, & venerari professio fidei est, & sic de religione vero si responsum declinare potes quin negator apparet.

## P V N C T V M X I V .

An cum de tua fide interrogaris, teneatis illam fateri.

- 1 Plures Doctores affirmant, si a potestate publica interrogari.
- 2 Regulariter non es obligatus, si generaliter examinari, tamquam aliquando tenearis.
- 3 Si in particulari interrogari, non licet tibi negare, neque ita equinoce respondere, ut apparens fidei negator.
- 4 Secus verò si responsum declinare potes quin negator apparet.

1 R Ogari potes a Rege, & superiori proprio, vel extraneo, item rogari potes publicè, vel secreto, vel tandem rogari potes ab hominè priuato. Hac dissimulatione supposita.

Plures Doctores affirmant te obligatum esse fidem manifestare, quoties a potestate publica, quacumque sit, de illa rogari, etiam si secretio rogeris ibi Valent. 1. 2. disp. 1. quæst. 3. p. 2. dub. 3. Bannes ibi quæst. 3. art. 2. dub. 1. concl. 3. Azor. 1. 2. institutionum moralium lib. 8. cap. 27. quæst. 1. Sanchez z. alios referens lib. 1. in Decalog. cap. 4. n. 6. & videtur expressa sententia D. Thomae 2. 2. quæst. 3. art. 3. Mouentur quia præceptum confessionis tunc obligat, cum ex tua confessione magnum D. & fiduci honor speratur; ut ex confessione facta coram potestate publica hic effectus sperati potest. Ergo. Item nulla videtur efficacior occasio, neque magis opportunitum tempus fidem manifestandi quam illud, in quo de tua a potestate publica examinari. Ergo pro illo tempore præceptum confessionis fidei obligat. Addo, si tunc renegas confidiri fidem, oceasinem probabis aliis suscipiendo te non habere fidem, vel fidem non esse veram, & ad salutem necessarium. Teneris ergo, de subtrahere hunc honorem Dei debitur, fidem manifestare. Quod si ab aliquo priuato roges, afferunt supradicti Doctores, specialiter Bannes Azor, Sanchez z. obligatum non esse fidem manifestare. Excepte tamen Sanchez, & Valent. nisi persona grauis sit, eaque autoritate portari, quia presumere potes tuam manifestationem allatum esse Deo magnum in fidei honoris.

2 Pro resolutione aduentendum est examinari te posse singulariter, vel generaliter cum aliis; ut si dicier Rex. Qui fuerit Catholici, manifestetur. Si generalis examinationis fidei, regulariter loquendo, non teneris te prodere, & fidem manifestare, sic Suarez de fide disp. 14. sect. 3. n. 6. fin. Cum Taberna verbis fides quia neque ratione præcepti Principis tenuis, cum hoc non obliget cum graui tua detimento, neque ex præcepto fidei negotiis quia inde non appetat te negasse fidem, sed solum occultasse, quod per te licitum est; neque etiam ex præcepto positivo fidei, quod non obligat, cum qualis Dei honor ex confessione acceptetur, & ex illius omissione subtrahitur, sed cum grauius, & magnus est: at ex tali manifestatione presumi non potest grauem Dei honorem, & fiduci exaltacionem esse futuram; immo potius presumi potest occultatione fidem esse amplius promovendam, & fidèles occultos confirmandos. Ergo.

Dixi, regulariter loquendo, te non teneri prodere, quia aliquando teneris, videbile est, quando spectatis circumstantis, merito suscipientur alii, te fidem deferere, quia tunc teneris fidem manifestare. Nam licet non teneris semper alii te fidem ostendere: teneris tamen non te posuisse ostendere infidelem: quando autem haec circumstantiae concurvant, prudentis arbitrio iudicandum est, quod iudicium defini po-

test ex casibus, quos recenset Coninch. disp. 15. dub. 5. 2 num. 71.2.

3 Verum si in particulati de fide rogeris, sic à Rege proprio, sic extraneo, sic à quolibet alio particulati, sic publicè, sic secreto.

Dicendum primò est nullo modo tibi licere verbis ambiguis, seu restrictione mentali facta, ita respondere ut appareas fidem negare: sic Valent. 1. 2. disp. 1. quæst. 3. p. 2. dub. 4. p. 1. Antonius 2. 2. q. 3. art. 2. disp. 1. concil. 2. Sanchez lib. 2. c. 4. n. 14. Coninch. disp. 15. dub. 2. n. 14. Et dub. 5. n. 10. Ratio est, quia negare fidem exteriori, etiam si cam animo retineas, cit extrinsecus malum, sed qui ita verbis illudit, ut audientes intelligent negasse fidem, ut in exteriori foro illam negat. Ergo hoc nulla ratione licet.

Dico secundo quoties infidelis Christianum rogar de fide ut cum hac de causa vexet, Christianus declinare potest confessionem, quia intelligatur fidem negare, non videtur teneri per se fidem manifestare, sed expresse tradit Coninch. 2. 2. disp. 2. dub. 3. concil. 6. num. 10.9. cum Lorca. disp. 24. n. 1. Et probbo quia non videatur, qua ratione sub graui culpa teneatur hanc confessionem præstat. Non enim teneat ex præcepto principis infidelis, ut de se constat, neque etiam ex præcepto fidei; fides enim obligat negativo præcepto, ne te posuisse ostendas infidelem non prohibet te dissimulare fidem, sed te fidem esse occultare. Positivo autem præcepto solum obligat manifestare fidem quando id ad Dei honorem, vel proximorum falorum graviter conuenit. In præfensi autem non videatur subtiliter grauiter Dei honor, si sic celas fidem. Non enim, ut suppono, ex tua manifestacione infideles sunt concertandi, aut fidèles dubii sunt concertandi, sed solum seguirunt Principem & alios adstantes cognoscere te Catholicum esse, quod antea non cognoscebat: sed hæc cognitio præsepe per se spectata non est tanti momenti, ut videatur cum peticulo vitz teneri illam procurare, si etiam non rogatus, neque examinatus teneris fidem manifestare, ne Princeps, & alii intelligerent te infidelem esse quod est fallum, & contra communem vñm in Ecclesia receptum plurimorum Mariana, quie fideles esse dissimulabant. Dixi non teneri per se fidem manifestare, sic rogatum, ex cuius declinatione non intelligitur fidem negare. Nam si hoc præsumi potest nulla ratione licet, ut dictum est in prima condicione. Ex precia autem taciturnitate hoc nullo modo intelligitur, sicut neque etiam intelligitur, si rogatus dices: Quid tua interest? quid me interrogas, hæc enim responsio potius est interrogantis contemptus quam fidei negotiatio, immo est quædam virtualis fidei confusio, siquidem responsum iudicis gratiam negat. Addendum tamen est ratiō posse Christianum sic interrogatum declinare responsum: & quia potest publica eum ad respondendam vexant, & quoties magis tacentem videat, accius excedat, & in gravatoria tormenta prouumperit, tam aduersus ipsum quam religiosos, quos sese deles existimat, eo quod existimat se esse contemptum.

## P V N C T V M X V .

Quando possis, vel teneatis fugere tyrannum in Christianos saeuentem.

- 1 Per se licitum est fugere tyrannum, ne te examineat neve tormentis exponat.
- 2 Aliquantum licitum est non fugere, si tamen per periculum vita immineat.
- 3 Regulariter obligatus es te occultare, & dissimulare, & quando hoc contingat.
- 4 Pastor, Et prælatus fugere potes, si eubus suis prouisum sit, secus verò si illius præsencia grauiter oues indigent, quia tunc cum periculo vita teneris illis afflere.

1 Dico primum. De fide est per se licitum tibi esse fugere tyrannum, ne te fidei examinerit, neve tormentis exponat illo Matth. 10. Cum vos persequenter incitaret ista, fugite in aliam; & ex exemplo Apostolorum Petri & Pauli qui iam in carcere detinuti fugerunt: & præcepit examplem Christiani Domini, qui esti poterat absque fuga tyrannorum fæxitiam declinare fugit. Matth. 4. Ioan. 8. 10. Et II. & multis exortat Nicolaus Papa in cap. scilicet iuris, 7. q. 1. & August. epist. 10. ad Horat. Et tract. 46. in Ioan. & alios. Ratio est, quia hæc fuga nullo modo præcepto positivo prohibetur, ut de se constat, neque naturaliter siquidem fidei non aduersatur, immo potius fidem promouere, & manifestare siquidem ob eius causam se fugare subdit, & existimari partitur. Ergo. Addo talem fugam sacerdotem conuenientem esse, tum ut tunc imbecillitatem prospicias, tum ut alio tum salutis adiutorium sis. Quod adeo verum est, ut etiam captus sis examinationi subiectus, adhuc licetum tibi est fugere tum quia D. Petrus sic fecit, & alii sancti martyres: tum quia fugiendo fidem manifestas, non negas, sic Suarez de fide disp. 14. sect. 3. n. 11. fine.

2 Dico

3. Ligo secundū. At quando licitum tibi est non fugere, sed expectare examinationem, etiam si vitam pericula exponas; quod contingit, quando crederes potes fidem illa confessione promulgandam esse, sic alii relatis docet Suarez de fide disp. 14. ad. 3. n. 11. Ratio est, quia expectando examinationem potes imbeciles in fide rebatur, & alios ad fidem conseruare; & ex alia parte nullo mortali periculo negandi fidem, te exponis. Ergo potest esse licitum. Neque obstat, quod te pericula amittendi vitam exponas, quia ob suum rationabilem, & honestum licitum id est. Et confirmari potest exemplum Sancti Sebastiani, qui se fidem dissimulauit, quoique fidem Martini, & Marcellini periculare sensit: cum enim se prodidit, euangelio manifestatio analis eorum ab Ecclesia commendatur.

3. Dico tertius. Regulariter non solum licitum tibi est fugere persecutorum, sed etiam occultando, & dissimulando, sed etiam id facere obligaris. Primum obligari, si conscius tuus inobedientia times negantem fidem: colligunt ex cap. scilicet fuit. p. 7. q. 1. tune enim nulla honesta causa esse potest proferi: deinde ratione debet tamen minor esse fundatus, ut inducat modum, & proximum periculum cadenti. Si Suarez disp. 14. ad. 3. n. 10. secundū obligari, si intelligeres ex tua confessione motum esse subiuratum, ita occulta, ut alii exemplo constanter non possis; quia tunc non videatur idesse sufficiens causa proferi vitam, & permittendi peccatum tyranni te interficiens. Tertio, & principiū obligari te occultare, si inde credas magis fidem promovit in quod caput contingit, quando tua vita maxime vitiosum est ad fieri mandans alios in fide: tum dissimulatione sacramentorum; tum concessionibus, exhortationibus, conciliis. Quarto obligari, si times ex tua confessione tyrannum irridendum esse, & grauioribus tormentis. Christianos persecutorum, quibus timere potes plures à fide defecatos in his enim causis manifestatio non cedit in Dei honorum, & proximorum utilitatem: nulla ergo ratione licet, quod non solum intelligendum est de qualibet priuata persona, sed etiam de pastore, & Prelato. sic docet Coninch. disp. 15. dub. 5. q. 1. dicitur.

4. Sed quid dicendum, si pastor sis, & Prelatus, neque possis te occultare manente inter oves, poteris ne illas defere, & fugere? Ratio dubitandi est locutus ille Ioann. 20. vbi de bono pastore dixit Christus animam suam ponete pro ovis suis; secundus vero mercenarius, qui dimittit oves, & fugit. Dicendum ergo est, si fugias pastor, ut se in communis tempore referuerit, & inter omnes prouidat sit aliis clericis ibi manentibus, hinc est eius fuga. Ratio est, quia tunc dici non potest dimittentes, & fugere, cum oves non manentes pastore definitur: quod optimè ponderatur. D. Thom. supradicto loco Ioann. lœc. 3. Augustinus epist. 80. Suarez de fide, disp. 14. q. 1. n. 12. Cyprian. disp. 15. dub. 5. n. 10. Item si in solos pastores, & praedicatorum defensionem, & reliquo populo permittat pacifico vivere, poteris praeterea tunc fugere; quia eius fuga populo vita decuit conueniens sic Coninch. supradicto.

Venit extra hos causas secunda tempore obligari est pastor etiam cum periculo vite non dimittentes oves, & fugere; quia oves in genu necessitate, & periculo amittendi fidem constitutas non debet pastor dimittere, alias non bonus pastor, sed mercenarius reputandus est. Quapropter haec obligatio non solum ex charitate, qua remuntrant laici spirituali proximorum, etiam cum detrimento corporalis vite prospicere; sed etiam ex utilitate rationis sui magistris: ut recte declarauit Nicol. Papa in cap. lectionario, 7. quæst. 7. Exemplo naturae, qui non debet in petro in partibus constitutum defestare, si sperat nauigandus fore viuentem, sic docent Coninch. concl. 4. n. 10. Suarez. disp. 14. q. 1. n. 10. Addendum tamen est, si pastores defensionem, & tu potes omnes derelictis confundere & debes permanere, etiam cum periculo vite, quia charitas proximi obligavit te periculum temporale subire, ut eius salvi spirituali proficiatur.

## PUNCTUM XVI.

Licitum ne sit celare fidem verbis, vel signis per se contraria religionem significantibus, calvo non instet preceptum positivum manifestandi fidem.

1. Probarum licitum id esse.

2. Pro resolutione distinguuntur duplex genus actionum.

3. Nullo modo licet uti verbis, &amp; factis, que spectant circumstantias nullam aliam habent significacionem, alia que illam habent. Prioris generis sunt genitudo etiam idolo, chrisiantio, tunisio pectoris, gestatio vestimentis; quibus in sacrificiis impis virtutur Gentiles, &amp; similia. Haec enim spectant ipsi circumstantia nullam aliam habent significacionem, prius cultum illius, in cuius presencia observantur. Aliorumque, que sicut significant falsam habere religionem in aliis, ut seculi erit ostendunt factum ex se ob aliud tempore efficiunt posse. Hoc sunt eius causas die prohibito, unde vestimentis quibus cultores falsam religionem communiuerunt, &amp;c. Tercium autem non solum de his seculariis actionibus; sed et primis distinguitur aliquando licere.

4. Dicendum igitur est nullo modo licere verbis, &amp; factis

vbi que spectant circumstantias nullam aliam habent significacionem prout cultum falsae religionis, est certa sententia:

neque contraria existimare probabile. Nam multis scripturis, Patrum testimonio probatur, &amp; exhortat Valent. 2.2. disp. 1. quæst. 3. punction. 2. dub. 4. pag. 23. verbi. nihilominus. Suarez de fide, disp. 14. q. 4. n. 4. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 4. n. 14. Coninch. disp. 15. dub. 2. n. 14. Pelanius 2.2. quæst. 3. art. 2. disp. 1. conclus. 2. Vafquez 1.2. disp. 1. p. 1. Tolet. lib. 4. summ. cap. 2. n. 9. &amp; alii ab eisdem testati. Ratio est, quia secundum fidem non solum obligari præceptio negatio non proficeri falsam religionem ex animo, sed neque quoad appartenientiam proficeri, quia obligari non negare fidem exterius. At viens illis signis nullam aliam significacionem moraliter habentibus prout cultum falsae religionis, falsam religionem praestatis exterius. Ergo illud est intrinsecus malum. Neque obstat te non intendere illis signis falsam religionem praestari, sed aliquid longe diuersum, quia sufficere quod in te, &amp; in apparente &amp; factu ipso id intendas. Et confitmo, si rogatus de hinc illam verbis negares, etiam si verba in illa significacione ab ea, quam habent, usurpare, omnes conuenient. Alii intrinsecus malum, &amp; nulla ratione honestati posse; sed facta illa, verba negantibus fidem agnoscere, quia tunc verba nullam aliam habent significacionem, ita neque illa facta spectant illis circumstantias: &amp; sicut non obstat in verbis intentio proficeris, ut ea exstabat à significacione, quam habent, neque etiam debet in factis obstat te intentio exequenter, cum tam à verbis quam à factis illi inseparabiles sit externa significatio falsa religionis. Secundo quia negari non potest executionem illarum actionum esse quidem superstitionis cultum, liquidum sciungi non possesse à superstitione, quam habent colendi illum, in cuius praesentia sunt. Sed superstitionis cultus semper est illucius, Ergo. Tertiu ex opposita sententia sequeretur posse fidem inter ipsa habitantes, ut mortem, vel alia dampna evitare, thus offerre idole.

5. Satis argum. n. 3. adducatur.

A. Drian. in 4. in tractat. de Baptismo. q. 1. art. 7. ad 7. pass. Ad hanc 5. contra primam partem, existimat id licitum. Monstratur primo auctoritate D. Hieronymi comment. in

DE  
ASTRO  
PALADIN  
TOM.

idolo, & alias impias preces fundere, sicut & alij infideles faciunt, quod certe absurdissimum est. Quartio, non essent condemnandi ab Ecclesia, ut delectores fidei, qui rogat is à tyranno diis sacrificabare, debebant enim præsumi ob fidem occultandam vii fuisse illis actionibus alia intentione ab ea, quam petebat tyranus. Quinto, semper Ecclesia gravissimum crimem reputauit ilorum qui à magistris data pecunia libelum imprebarant, quo ostendebant se idoli occulsi, cum tamen non fecerint; eaque de causa libellatrici dicebantur, de quibus agit late Baronius anno 253, à num. 10, & Cyprian. epist. 52, ad Anonim. Ergo huiusmodi fictio, & dissimilatio nonquam esse potest licita. Supradicta intelligenda sunt de simulatione serio facta: nam si loci causa & representationis gratia, ut sit in concordia, hanc dissimilatio fiat, omnes conuenient esse licitam; quia illa non est protestatio falsa fidei: sed potius irrisio illius, neque est negatio fidei, sed representatio negationis, sic Valentinus illo dub. 4, Sanchez n. 15, Coninch disp. 1, dub. 2, fine.

4 Argumenta Adriani nullius sunt momenti.  
Ad primum ex Hieronymo facetur illius fuit sententia, ut putaret Apostolos potuisse vti ceremoniis veteris legis, etiam si essent mortis, quia intelligebat Hieron. non essent mortis ita absoluere, ut non licet illis vti ad tempus, & ex gravi occasione, se proinde illorum vius tunc nullo modo fuit protestatio falsa religionis. Addic illo tempore, & Paulus, atque Apostoli ceremonias legis veteris obseruantur, mortis non fuisse, eti fuisse mortis, ac proinde licitum illis fuit ex animo colendi Deum ea exercere, ut recte probat August., epist. 19, ad Eborac.

Ad secundum exemplum Naaman dupliciter respondeo. Primo admittingo petiisse Naaman à Propheta licentiam simulandi cultum cum domino eius in templo Remmon ingrediebatur, & Prophetam permisisse quia non existimauit illa perspicere dimonendum esse ab illa voluntate adorandi in templo Remmon adorante suo domino. Secundo respondeo Naaman non petiisse licentiam simulandi adoratiōem idolo, sed solum genuflectendi, & feriendi domino suo, cum ipse idolum adorauit, quod certe licitum est. Neque obstat petiisse à Prophetā, ut deprecariū dominum pro illo de tali re, quia id dicere potuit ob dubium, quod foris habuit, an tale ministerium sibi illa in occasione liceret: eti dabo videtur Prophetā satisfactiōe illis verbis, Vade in pacem, quasi dicere, nihil est, quod te turbet, recte potes genuflectere domino tuo, quia pacem, & gratiam cum Deo amitas.

Ad tertium exemplum Iehu, August. lib. contra mendacium, cap. 2, & ex illo D. Thom. 2.1.9.111. art. 1. censent in illa simu. agione peccasse, neque ob id laudatum esse à Deo, sed quia omnes sacerdotes Baal occidunt, & dominum Achab funditus exercit. Quid sane indicant illa verba, quia studiosè egisti quod regnum erat, &c, non dixit, quia studiosè locus suus fuit, sed quia studiorē egisti, indicans in solo facto intercessione recte processile, scimus in simula voluntate idolorum, quam pro medio assumpti.

Ad quartum exemplum ex David facilè responderetur, David ibi non simulasse falsam religionem, sed quandam demissionem, & stultitiam: neque Christus Dominus simulauit peccatum peccato, sed assumens naturam humanaem, permisit se peccatorem reputari: quod eius humilitatem summopere commendat.

Ad quintum & sextum ex ratione petitum, concedo totam malitiam huius simulationis reduci ad meadow perniciōsum; nego tamen excusum posse ex intentione protestantis, sicut in aliis materiis distinctionis à religione excusat. Et ratio est, quia simulatio in aliis materiis ex se indifferens est, ut verum, vel falso significet. Quapropter ex intentione protestantis coactati potest, & determinari, ut veritatem, quam ipse mente retinet, significet, quod hoc exemplo declaro. Intercessio. Perut in agro: rogatis an illum intercessio, ne gas, subintelligendo, in platea; negatio enim indifferens est, ut supponat pro intercessione facta in agro, & pro intercessione facta in platea: & tu negas solum intercessione factam in platea, licet audiens decipiatur, existimans nullibi intercessione esse factam, quam deceptionem non teneris semper vitare: at simulatio falsa religionis semper ex se falsum significat; quia neque falsa religio vera esse potest, nec simulatione extrahit potest, à sua significacione, siquidem ad id astamur. Confirmatio habet specialem difficultatem, qua ratione licet vti vestibus, & actionibus falsam religionem representantibus, & simul haberentibus alium finem de quibus in seqq.

## P V N C T V M XVII.

Possit ne vti vestibus, & signis propriis infideliū, vel hereticorum, ut fidem occultes, cum non virget præceptum fidei confitenda.

- 1 Distinguuntur ha. vestes, & signa.
- 2 Propositor prima sententia negans licitum esse his signis vti.
- 3 Probabilis est sententia opposita.
- 4 Satisfit oppositis argum. n. 2, adductis.
- 5 Aliqua inferunt ex superiori doctrina.
- 6 Ex gravi causa aliquis videtur licitum fidelis vti vestibus, & signis institutis ad falsa religionis professionem.
- 7 Contrarium omnino est tenendum.
- 8 Signo instituto in honore falsa religionis, nequaquam est probabile illo fidem vti posse.
- 9 Cibis vettis transiens per infideles vti poteris, si absque gratiū iaduera eos non potes respire, fecus contra.
- 10 Opponunt aliquot limitationes.
- 11 Licitum tibi est tempora hereticorum ingredi ob cuiusdam obsequiū ciuilis exercitum, secus in signum falsi cultus.
- 12 Per se loquendo licitum est concionibus hereticorum affistere, si causa urgent, qualis non est sola christiana.
- 13 Vti principis generaliter imperat omnes affistere in cultum falsi & seculi, ut in Anglia, nequaquam licitum est.
- 14 Non licet Eucharistiam de manu hereticī sumere, neque matrimonium coram illo ex prescripto regis celebrare.
- 15 Coniuicū nuptialisbus licet affistere, & contrahentes bene precari.

1 Quisimur de vestibus, & signis, quæ vel ex vsu, & constructiōne, vel ex lege distinguunt homines vnius sectæ ab aliis (nam de vestibus, & signis, quæ non religionem distinguunt, sed nationem, nemini est potest dubium non esse pecuniam contra fidem illis vti.) hæc ergo signa distinguunt homines vnius sectæ ab aliis, sunt in duplice differentia: alia primò, & per se ad hanc distinctionem faciendam instituta sunt, qualiter reputari Romæ pilleus flavus coloris pro Iudeis, scilicet, seu tobala pro Turcis, & sartacens, imo, ut alii placet, vestis habens depictum lucam, vel Mahometum. Alia sunt, quæ primò & per se ad profundam falsam religionem afflunt, qualia sunt, vestes, quas Sacerdotes idolorum afflunt ad sacrificium, vel si Princeps ad profundam falsam sectam, & cultum exhibendum falsis dis signum aliquod gestare præcepit.

2 Prima sententia negat licere aliquo ex his signis vti ad occultandum fidem, sive Caetanus 2.1.9.3. art. 2. dub. 1. fine. Nauar. cap. 11. n. 27. vers. 4. Tolet. lib. 4. sum. 2. n. 7. Syllvestri. verb. apophysis, quesit. 1. verb. fides, q. 5. n. 8. & verb. infidelitas, fin. & ibi Angel. Tabien. Arnill. & Caetan. summ. verb. habent. Philaret. de offic. Sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 9. D. Anton. 2. p. tit. 12. cap. 6. Mouentur, qui gelasian systema institutum ad dilectionem infidelem à Catholicis, illius generatione prouferet se infidelem esse sed professio infidelitatis quacunque sit, est intrinsecus mala: ergo nulla ratione licet. Secundò illud signum non alia via distinguere infidelem à fideli, nisi quatenus significat illud gestantem infidelem esse sed qui veleret ostendere se infidelem esse, peccaret peccato infidelitatis. Ergo etiam qui vult se ostendere distinguum à fideli, possit infidelitatem peccat. Tertio huiusmodi vestis, & signum, esti primo institutum non sit ad ostendendam falsam religionem, sed ad distinctionem, & cognitionem personarum illam proficiunt, secundariò ad falsam religionem profundam est institutum ratione supradicta: quia non potest distinguere infidelem à fideli, qui ostendat infidelem esse, sed prout fieri falsam religionem etiam secundariò est intrinsecus malum. Ergo Quartò, si verbis affini mares te esse Turcam, vel hereticum, abique dubio negare fidem iudicareris, sed idipsum illis vestibus, & signis affirmas. Ergo Quintò sequetur, si in vestibus effet deponit idolum Mahometi ad distinguendum Saracenum à fideli, possit Christianum ibi redendum illis vti, ut fidem occultaret; quia figura illa solū ad distinctionem proficentis illam sectam affinitat, non ad specialem honorem, & cultum idolo exhibendum: hoc autem videatur absurdum. Ergo Quid si dicas eo ipso, quod figura dolis gestatur, cedit in ipsius honorem, quem tenetis, quasi superfluum cultum vitare. Centra, quia solū cedit in honorem ipsius, quatenus significat illud gestantem esse illius veneratorem, & cultorem: sed idipsum significat quodlibet aliud signum distinguens infidelem à fideli; significat eam illud gestantem esse illius secta veneratorem. Ergo Tandem, quia si à professione falsa secta, & negatione fidei, sperari potest vti talis vestis, pro libito, & abique necessitate, illis vti poteris; quia solū ex hac significacione habent malitiam.

4 Nihil

4. Nihilominus dicendum est primum, et si supradicta sententia probabilis sit, probabilis tamen esse, ex gravi causa tibi licere vestibus, & signis destinatis ad dicoendum infidelem a fideli: sic docent Banes 2. 2. quest. 3. art. 2. dub. 2. conclus. 3. & ibi Aragon. dub. 1. conclus. 2. expeditus Gregorius de Valencia. dub. 1. quest. 3. punct. 2. dub. 4. ad finem. Suarez de fide, disp. 14. sibi 3. num. 7. Coninch. disp. 15. dub. 3. conclus. 2. Emanuel Saaverde fides numero 4. in virgine editione. Probat suam sententiam Sanchez, Suarez, & alij primi, quia licet his vestibus, & signis adiuncta sit significatio falsae religionis, tamen quia per se illam non significare, sed distinctionem infidelium a fidelibus, quia significatio est reipublica maximè utilis: ideo posuit ad hanc significacionem praestandum assuum, omissa alijs significacione falsae religionis: sicut habens monachalis omo ad significandum statum monachalem destinatur, sed etiam ad corporis indumentum, & qui illum assumetur, ut se occulatur: non obinde diceretur statum monachalem profundit. Secundum, quia si harum vestium gestatio est falsa fidei professo: peccant illis videntes, & inquit facies Principis cogens ad illarum vestium portationem: quod non est dicendum, cum Pontifex praecepit Romanis Iudicis pleium suum portare, ut a Catholicis distinguantur. Verum, ut recte notauit Coninch. supr. n. 67. haec argumenta vel minimum probant, vel nihil: nam si primum argumentum aliquid probaret, probaret virginem licet vestibus ambiguis: & qua duplex significatio habent, negare fidem: quantumvis audientes conciperent te fidem negasse, quia potes illa proferre in sensu legitimo: siquidem illum reuinat: ut verbi ambiguis negare fidem omnes Catholicos reputare illicium. Ergo quod vestes reuinent significacionem honestam, non probat te illis posse vitam, si de facto illi vobis reputatur a videlicet negatio fidei. Secundum argumentum minus probat: potest enim Princeps habens sub te diversarum religionum professores imperare, ut quilibet dicat, quam religionem profiteatur: an, inquam, si Chitlano, vel Mahometanus, &c. quod mandatum licetum est, & dictum ipsum etiam est licetum: quia Princeps non imperat, ut falsam fidem profiteatur, sed te restetur, quam fidem habebant: scilicet si tibi imperaret, ut te fateris de fide locutorum, potes, inquam, absque peccato testari locios tuos esse Mahometanos ex suppositione, quod ita sit: sic similes testati potest quilibet de se ipso. Quocirca legitimatio rati, quare vestibus destinatis ad distinguendos infideles a fidelibus, possis tu, quia fidelis es, ex causa virgini vitæ, ea est, quia ait enim circumstantis, nullo modo earum vobis restatur te infideli esse: siquidem quilibet, qui te Christianum cognoscet, & sic vestimentum videtur, non judicaret te negasse fidem, neque id videti voluisse: sed solum judicaret te voluisse occulatur ob timorem mortis. Ergo illatum vobis nullus falsitas signum est. Secus est, si verbis, quantumvis ambiguis, & retractis, dices te esse Iudæum, Mahometanum, quia ex illis intelligentes audientes te ob timorem mortis fidem negasse, aut sic apparere voluisse, quia verborum significatio strictior, & limitatior est, quam vestimentum, & a iorum significatio. Dixi, si legitimata causa intercedente illis vestibus viatis, non esse signum infidelitatis, quia si absque causa feceris, cum tunc ratio legitimata adit veritatem occurrandi: mecum præsumi potest, te negasse fidem, vel voluisse defertorem illius apparere, quod est intrinsecus malum. sic Coninch. illo dub. 1. 4. n. 65. & 71. Suarez de fide, disp. 14. sect. 5. num. 5. Sanchez lib. 1. 4. n. 19.

5. Argumenta pro priori sententia ex probatione nostræ conclusionis manente soluta. Dicimus namque gestationem illius habitus non esse fidei falsæ protestationem, sed testimoniem se fidei falsam habere, quod in habente fidem falsam: ex suppositione, quod illam habet, non est legitimum: in viro autem Catholicis, si videntibus, & cognoscientibus illum apparere possit, gravis occulandi facie, etiam licetum est: hoc tamen nisi causa legitimata te occulandi adit, nullo modo appetere potest: quapropter abgravi causa nullatenus id fieri potest. De vesti vero in qua figura Mahometani, vel idioli depicta esset, alieni videtur posse illi Christianum posse vitæ, quando solum ad differendum in fidei testam effet apposita ob rationem in argumento allatum: at credo nullo modo licere, quia gestatio illius figuræ per se est quidam cultus, & veneratio idolo facta, quia semper est illicita: sic docent Sanchez lib. 2. cap. 4. num. 21. & 23. in fine. Suarez disp. 14. de fide, sect. 5. num. 8. Intelligo de gestatione publica, & honoraria: nam si occulisti, vel alio modo impeditis exterioris cultus apparentiam, licetet sane, ut in aliis signis diximus, sic Suarez supr.

6. Hinc deducit Sanchez lib. 2. cap. 4. num. 22. & 23. executari Christianos videntes signis Tuttcarorum in nauibus, ne a Turtulis comprehendantur, & speculatorum Christianos, vulgo spias, videntes lingua, & habitu infidelium: hi resistent, & pugnant aduersi infideles, videntes eorum verisimilitudinem, ut eos faciliter possint comprehendere, modo tamen in ipsis vexillis depicta non sit idioli figura. Quia in his omnibus nulla falsa fidei profectio, etiam quod apparentiam, sit, sed solum vera fidei profectio, que ex causa iusta licita est: assumunt enim si-

gna de se indifference, & consentit Bonacina disp. 3. quest. 2. p. 3. num. 27.

6. Sed quid dicendum de signis, & vestibus infidelium institutis non ad differendum eos a fidelibus, sed ad profundendum, prostandimve eorum falsam religionem, an licet fidelis illis ut ad se occulandum?

Aliqui existimant ex gravi causa licere, sic Sanchez libro 2. cap. 4. n. 20. cum Azot. rom. 1. lib. 8. institut. moral. cap. 27. quest. 4. fin. reputat probabile Coninch. disp. 15. de fide, dub. 3. numer. 72. conclus. 9. Mouentur, quia quantumcumque ad protestandum fidem falsam, cultumque idolo exhibendum intitulantur, non perdunt ha vestes suam natuam significacionem regendi, defendendique corpus a temporum inclemencie. Ergo licetum est fidei ob huiusmodi suam illas vestes assumere, relata alia significatio legali. Addit vero Sanchez num. 21. hoc non esse admittendum in vestibus destinatis ad authoris falsæ sectæ cultum, quales ipse reputat vestes destinatas pro sacrificiis. Sed non videatur latius consequenter dictum: nam etiam in huiusmodi vestibus reperi potest natura significatio, & vius corpori detinens. Ergo proprii illam alium poterant.

7. Quocirca existimabo, eti propter tot Doctorum autoritatem supradicta sententia probabilis sit, omnino esse tenendum non licere ob vilam causam fideli in vestibus vitæ, quia talis gestatio est quidam cultus, & honoratio falsæ sectæ, sicuti diximus, cum figura idoli in vestibus est depicta. Negati enim non potest falsæ sectæ eo maiorem honorem accrescere, quo plures indui appearant vestibus illam protestantibus, qui honor, & superstitiosus cultus separati non potest a gestatione, quantumvis contraria voluntatem fidelis habeat. Adeo rati ab scandalo huiusmodi actum excusat posse. Ergo non est admittendum, ita vobis: & ita tenet Anton. Tabien. Angel. Naturius, Philartius, Toletus, & alij relativi in princip. huius punit. & Aragon. 2. quest. 3. art. 2. dub. 1. conclus. 2. Ludovicus Lopez. 1. part. infraibid. cap. 4. verbi, accipiens habendum. Suarez de fide, disp. 14. sect. 5. num. 13. inclinat Coninch. supr. num. 73.

8. Aduerteret tamen, si Princeps infidelis non solum infidelibus, sed indiscriminat omnibus habitancibus in suo regno, vel aliquo modo communianibus præcipere vitæ vestem, vel ligao in honorem sue falsæ sectæ, credo in hoc casu, nullo modo esse probabile, fidelen vitæ illi signum posse ad se occulandum, est enim talis vobis falsa fidei protestatio, quia cum ille vobis non præcipiat solis infidelibus, ut a fidelibus apparent distincti, sed præcepit sit fidelibus, & infidelibus in falsa fidei professionem & honorem: quicunque illo vitiat, merito reputandus est falsam fidem profiteri. Quod confitmo hoc exemplo: si enim tibi singulariter Princeps præcipere sub pena mortis vitæ in cultum, & protestationem sue falsæ sectæ portares aliquod signum, cui dubium esse potest, te obligatum esse morti prius, quam portare signum ita execrandum, quia gestatione illius signi, voluntari Princeps anuerteret, & falsam lectam profiteris falso in exteriori apparetia, quod nunquam licet. Ergo similiter dicendum est, cum edicto generali imperaris veite protestatio falsæ fidei indui: & ita tenet Coninch. disp. 15. de fide, dub. 3. n. 72.

9. Ex dictis decipiuntur aliquot discutentes passum occurreret. Prima, an transiens per loca infidelium, aut hereticorum, vel ibi residens, possit vobis cibis veitis ob se occulandum? Et quidem si illos cibos respire potes absque gravi periculo, allegando causam aliquam extra religionem, v. g. debilitatem stomachi, certum est, te obligatum esse legi communii, & favore religionis, id efficiere. Quia mendaciam vitam potest aliqua restrictione; & causa adegit legitimam restrictionem videnti. sic Sanchez lib. 2. cap. 4. n. 4. cum Azot. lib. 8. institutionum moralium, cap. 27. quest. 3. Quocirca dubium solum est, quando cibos retinos resipere non potes, quia suspicionem generes ob Catholicam religionem resipere: ex qua suspicione merito timete potes gravis damnationi ibi obvenientem san. inquam, tunc licet ille possit vesci: Credo regulariter tibi licere; quia licet per huiusmodi signa aliquo modo distinguantur fideles ab infidelibus: at non sunt signa infinita ad falsa fidei professionem, & protestationem hereticorum. Ergo illis cibis vobis præsumi non potes negare fidem, aut falsam protestari, sed solum te occulare vobis: cum non tenearis te manifestare, sic Azot. rom. 1. lib. 7. institut. moralium, cap. 29. quest. 7. ad finem, & lib. 8. cap. 27. quest. 3. Sanchez lib. 2. cap. 4. n. 25. Coninch. disp. 15. de fide, dub. 3. con. 4. 50.

10. Limitanda tamen est hac doctrina iuxta supradicta, primum, si ex tua comissione scandalum grave sequatur in Catholicis, eo quod videntes te cibis veitis vobis, ablique vobis scrupulo, intelligent re a fide lescisse. & hac ratione ipsi ad fidem discernendam incitantur. sic Sanchez, & Coninch. supr. 2. quod intelligendum est, quando horum periculum vitare non potes, manifestando cauam, ob quam tibi licet cibis veitis in tali occasione vobis. Secundum limitanda est doctrina, nisi auctoritate publica, vel privata provocari carnes edere in contemptum Ecclesiastici præcepti seu protestationem inobedientia Sedis Apostolicae, & professionem falsæ sectæ. Nam tunc ipsa comi-

mitione praeceptum Ecclesiasticum contemnebas, vel saltim adstantibus apparebas contemnere, quod intrinsecè malum est, ut rectè colligi potest ex Paulo 1. Corin. 10. vbi postquam dixit idolo immolata comedи, posse, quando instar aliorum ciborum apponuntur in mensa; negat id fieri posse; cum aliquis dicis hoc immolatum est idolo, quia tunc illo dicto ad comedendum idolothym inuitat in honorem idoli, quod si inuitatus annuit, & comedit, honorem idolo defert, vel saltum reputatur deferte. At defere honorem idolo saltum in apparentia, nullo modo est licium; ergo nullo modo licet talibus cibis vesci; sic in praesenti dicendum est, cum in contemptum praecepti Ecclesiastici ad comedendos cibos prohibitos inuitatis.

11 Secunda difficultas est de concionibus, precibus, & aliis signis false religionis. An, inquam, ob vitandam mortem, & bonorum publicationem licet Catholicis, concionibus, & precibus hereticorum adesse?

Ponendum est tibi licet tempa hereticorum adire, & precibus illorum assistere; quando non ratione falsi cultus, sed cuiusdam obsequij cuius est aës, vt si dominum ibi ingredientes comiteris, vel officium aliud publicum ibi debetas prestare; hic enim ingressus non est formaliter religiosus, sed ciuilis, & politius, ac proinde non vitandus. quod exemplo Naaman ministeris suo domino in templo Remmon fatus constitutus potest, qui, cum eius dominus idolum adorabat, ipse genuflectebat; non quidem veterans idolum, sed obsequens domino suo: semper enim cauere debet si videaris in iibz hereticorum reuerentiam exhibere, aut te illis misere, sic Sanchez lib. 2. c. 4. n. 26. in medio. Pelsantius 2. 2. q. 3. art. 2. disp. 1. q. 3. i. in nob. 3. Coninch. disp. 1. 5. dub. 3. n. 62.

Secundum ponit se illictum tibi esse ingredi tempa hereticorum, si cum illis preces fundas, genuflectas, & in ceremoniis aliis communies, & quia tunc ex eius protelatis fidem deserteret, vel latenter suscipitio cultum falsæ sedæ exhibere, quod est intrinsecè malum: secus vero si ea sine viro signo reverentia spectates, & in his conuenient Doctores, & videte et apud Sanchez, & Coninch, statim allegandos, & constat ex dictis. Quapropter difficultas solum est, an ingelitus in tempa hereticorum ob præstandom obedientiam Regi sub gratias ponis id præcipienti, licitus sit Catholicus, & vi has preces emittit?

12 Cui difficultati respondeo iuxta supradicta, per se loquendo, licet esse concionibus, & precibus hereticorum assistere, sic Azot. tom. 1. libro 8. capite 4.7. qual. 1. Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 2. punct. 2. dub. 4. fine. Coninch. disp. 1. 5. dub. 3. concil. 5. n. 55. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 4. um. 26. Bonacina disp. 2. qu. 2. punct. 3. num. 21. Ratio est, quia assistentia illa non est falsa fidei prætatio, cum ex aliis capitibus fieri rectè possit; potest enim ex necessitate fieri ob vitandam grauem facturam bonorum, vel ex zelo fidei & voluntate deprehendendi errores, quia ibi seminantur, vel tandem ex curiositate. At adiutor cum Sanchez & Coninch supra, totam curiositatem non esse caufam legitimam assistendi concionibus & precibus hereticorum: tum quia vi signis hereticorum propriis absque gravi causa est occasio reputandi illis vitientem, vel hereticum esse, vel talen velle videti. Item semper adit aliquod periculum peruersio, cui siue causa peccatum est, se committere requiratur enim causa legima, hac enim esset, si timeres grauem facturam honoris, vel diuinitutum, nisi adires. Conclusio tamen intelligenda est, quando solis hereticis Princeps præcepit concionibus accedere, & preces fundere: tunc enim dicimus licet Catholicus illam assistentiam, vt se occultare.

13 At si Princeps omnes habentes in suo regno sine distinctione cogret tempa hereticorum adire, & ilorum concionibus assistere in honorem sua falsæ religionis, vt de facto in Anglia, aliisque regionibus hereti infestis contingit, sine dubio præcabit Catholicis talibus assistens. sic Sanchez, & Coninch. s. p. 1. qui testantur Paulum V. id motu proprio definiti Bonacina disp. 3. qual. 2. punct. 3. num. 22. Ratio est manifestissima, quia illa assistentia in signum, & protestationem falsæ doctrine, & in honorem illius imperatur, quod sufficiens colligunt ex tenore editi dicentes: Modis etiam, auge sobria dum preces per sonitum se gerere, & usque ad finem dictarum preceum, & concionem ibi manere teneantur. Imperatur ergo assistentia modesta, sobria, ac proinde religiosa. Ergo illam exequens falsam doctrinam honorat, & quoad exteriorem apparentiam protestatur. Neque obstat Princeps dicere in suo edito le tanum velle ciuilem subditorum obedientiam, non à religione apostolam, nam quantumvis ipse hoc veribus protestatur, facto ipso contrarium innuit, cum ipsameri assistentia illis circumstanti præcepta falsæ secta sit protestatio. Secundò negari non potest concursu plurium doctrinam falsam honorari, & vices assumere, & in dies esse extendendam, sed hoc credit in gravissimum religionis Christianæ detrimentum. Ergo ob nullam causam licet. Tertiò adentes reputantur heretici, & à fide defecisti, neque iam est illus Catholicus, qui eos excusat. Ergo excusari non possunt. Quomodo enim excusat potest actio, vbi est scandalum, superstitionis cultus, protestatio falsæ sectæ, & illius honor?

14 Ex his à fortiori inferitur, nullo modo licet tibi Eucharistia sumere à ministro heretico, matrimoniū celebrare coram illo ex præscripto Regis id præcipientis, etiam si fecerit prius coram ministro Catholicō contraxisse, quia illa ceremonia estaris te agnoscere ministrum illo tamquam vera fidei ministrum, & ille ceremonias honoras, & in illis communicas, quæ omnia intrinsecè mala sunt. sic Malder. 2. 2. q. 3. art. 2. membr. 3. Coninch. disp. 1. 5. dub. 3. num. 6. 3. vbi adiutrix fecus esse, si coram magistrato ciuili contrahet, aut coram illo restare se contrahisse, modo rite Catholicis antea, vt potest contrahebit, quia ibi solùm interuenit politicum præceptum obligans, vt publicè constiterit maxime copulatum esse.

15 Secundò inferitur te posse coniuiis nuptialibus assisteret, & contrahentes bene precari, etiam si ritu heretico contrahant, quia coniuium nuptiale licet quidem est, etiam si contractus, in quo fundatur, illictus sit. Ergo assistens optimè potest intelligi non voluisse contractum, quia talis est, honorata, sed coniuium, quod subsecuuntur: sic Malder. & Coninch. s. p. 1.

## P V N C T V M XVIII.

An licet tibi omittere signum ex præscripto Regis impositum ad significandum te fidem esse.

1 Explicatur casus & Caietan. negat.

2 Contrarium est probabile.

3 Satisfactio ratione adducta in favorem Caietan.

1 Lata est lex à Princeps, vt quicunque in suo regno fideli sit, in testimonium, & protestationem sua religionis tali velite vtar, alias ab omnibus tamquam defensor fidei reputetur, poterit ne Catholicus, si ex portatione illius vestis, & sua fidei manifestatione periculum imminent, omittere vestem signatam, præcipue cum lex est in virtute obseruantur.

Caietan. 2. 2. quest. 3. art. 2. cui consenserit Navarr. sum. cap. 12. num. 2. 7. verbi quinto, negat omittere polli; quia illa omissione videtur esse vitialis negatio fidei, siquidem videntes existimant tali signo carentes infideles esse, eo quod à lege sic repudiantur. Item assignatio illius vestis, est quedam de fide interrogatio & examinatio, examinatio enim Princeps illius vestis portatione, quoniam sint fideles: si igitur verbis examinatus es, vt si dicitur Princeps, manifesta nobis, quam fidem habeas, & sit signum ex negare fidei, silentium, signum ex illam amplecti, sit confessio: cui dubium esse potest, in tali occasione constitutum obligatum esse confiteri, alias silentium tuum argumentum esse ut negare fidei, vel saltum voluisse videri negauisse. Cum ergo per legem idem examen Princeps intendat facere, & omissionem illius vestis constitutam in signum infidelitatis, si vestem omittis, iudicabis vis esse, vel saltem videnti talis. Ergo nullo modo tibi licet.

2 Nihilominus contraria sententia communior, & probabilior est, scilicet te posse ex gravi causa omittere signum à lego constitutum pro fidei Christianæ professione, sic docuit Bannes 2. 2. quest. 3. art. 2. dub. 2. concil. 4. Aragon ibi, dub. vlt. Valent. disp. 1. quest. 3. punct. 2. dub. ultim. Suarez de fide, disp. 14. s. t. 5. n. 10. Coninch. disp. 1. 5. dub. 3. fine, n. 76. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 4. fine, num. 29. Ratio est, quia illa omissione non est negatio fidei, etiam quoad apparentiam, sed solum occultatio, quia ex causa ista licita est. Ergo. Antecedens probo: tam à simili ex habitu monachalibz ab Ecclesia signato pro religiosis, quem si quis ex virginitate causa exuat, non obinde reputatur negasse monachalem professionem, sed solum illam voluisse occultare. Tum ratione, quia vi omissione illius vestis reputatur fidei negatio, debebat nullam aliam spectaculi illis circumstanti significationem habere, vt sic videntes; & cognoscentes illum esse Christianum, & omissionem fecisse illius signi, intelligenter à fide descessisse: atque habet hanc legitimam significationem, feliciter occultare personam. Ergo. Item neque obligatio fidei illam vestem ex lege Princeps, neque ex præcepto fidei. Ergo ex nullo capite. Ex lege Princeps obligati non potest: cum quia lex illa non est iusta, riposte lata in odium Dei, & de materia ad Princeps faciliorem non pertinet; examen enim fidei, & illius professio Ecclesiastico Princeps, non publico, attributa est: & dato quod lex illa iusta esset, cum sit humana, & publica, non te obligat cum gravissimo tuo detimento: ergo ex ratione legis obligati non potest. Ex præcepto autem fidei cessat similiter obligatio: quia præceptum positum confitendi fidei non obligat, vt claram est in illa occasione, quia nec subtrahit omnissime illius honor diuinus graviter, neque scandulum generatur. Neque etiam præceptum negationis non negandi fidei in quia hoc præceptum obligat, ne aliam aliquod signum protestacionum negationis fidei: at tale signum non affutis, sed potius relinquis signum fidei protestacionum. Ergo solum potest ex illo inferri te non protestari fidem, non tamen illam negare.

Dices,

Dices, non protestari fidem illo signo, esse virtualiter illam negare; præcipue cum expressè omisso illius signi, ut signum negationis, à Principe constitua sit. Sed nego assumptum quia licet omisso signi, sit signum à Principe constitutum pro negatione fidei; quia tamen alias significations legitimas habet, et a causa à fideibus abique negatione fidei usurpati potest. Adeo non esse signum fidelibus, & infidelibus commone, sed pro solis infidelibus a-signatur, ut sic facilius à fidelibus distinguantur. At iam diximus posse Catholicos signum proprium infidelium assumere, quando ex illius assumptione non sequitur specialis honor infidelitatis. Denique si Catholicus obligatus esset illud signum assumere, occultari multa ratione possent, & Princeps infidelis abique vila difficultate posset omnes cogoscerre, comprehendere, & punire quod eft grauissimum inconveniens.

3 Neque obstat supradicta ratio Caietan, licet enim videntes te certe illi signo, intelligant te infideli esse quia neferunt te Catholicum fuisse: ut hoc in causa esse non potest, te manifestandi; quia ex tali iudeo nulum scandalum sequitur, si autem tunc te Catholicum esse, & omittere; mecum debent repudare, te omittere; non grata deferendi fidei sed personam occultandi; & sic nulla videatur ibi esse negatio fidei, etiam apparet, sed solum occultatio.

Ad confirmationem respondeo longe diuersum esse examen fidelis singulariter alicui factum, vel generaliter, qui eoin in singulari examinatur, debebat ita procedere, ut nullo modis tantes intelligenter fidem defere, & voluntati principis infidelis voluisse annover, at ex suppositione, quod Princeps per negatione fidei silentium constituit, si illo tunc variis voluntatis principiis videretur patere, & fidem negare, quod ex colligatur manifestè quia omnes qui te scirent esse Catholicum, & idem sit interrogatum non proficeret, scandalizarentur, & te imbecillitas, & inconsistans arguerent. Quia certè in interrogacione generali, & in signo per legem constituto non procedunt, ut ex dictis constat. Adeo, per legem non quilibet interrogatur, sed communias, cui interrogacione sufficiunt, sufficiente signum est, etiam plures non respondentes. Quapropter illa dici non potest propria interrogacio, sed incitatio & provocatio fidelium, ut se probant: quod cum tanta iactura ini quam est, & ab eo abstinentum.

## P V N C T V M XII.

## De professione fidei ex decreto Tridentini facienda

- 1 Referuntur decretum in quibus hec obligatio fundatur,
- 2 Obligatio faciendo professionem fidei est sub mortali, neque extinguitur trans acto bimeliti.
- 3 Comprehendens proris de beneficiis curam animalium habentes
- 4 Item Canonicos & dignitates Ecclesiastarum Cathedralium.
- 5 Item praelatos regulares quorundamque ordinum, tametsi ex conuentu aliquibus in religionibus excusentur.
- 6 Item docentes artes liberales.
- 7 Si obtemperant, vel beneficio professionem feceris, aliquis te excusat à professione facienda in obtentione similis canonice.
- 8 Probabiliter tametsi est opus suum.
- 9 Vtca fidei professione pluribus titulis (at si facere potes, tametsi aliqui contraria sentiant).
- 10 Quod modus seruandus sit in fidei professione facienda.
- 11 Fierint post per procuratorem in Afferuntur, ut probabiliter.
- 12 Limitatur doctrina à Sanchez in Episcopis, sed non videtur approbadis limitatio.
- 13 Afferunt te fidei professionem fecisse, credendum est.
- 14 Ex Bulla Pij IV. & V. varia sunt præsumpta omitten- tibus fidei professionem, sed non videtur recepta.
- 15 Trida, imponit priuationem fructuum, & professionem be- neficiorum non suffragari.
- 16 Nulla expedita sententia tenetur sic omittens fructus re- situere secundum probabilitatem sententiam: probabiliter est requiri sententiam declaratoriam criminis.
- 17 Intelligi debet, si culpabiliter omiseris fidei professionem.
- 18 Sub nomine fructuum in hac pena non venienti distribu- nes quotidiana, neque anniueraria.
- 19 Quibus est facienda fructuum restituio.

Vt huius professionis facienda obligatio intelligatur, & ad quas personas se extendat, & sub quibus ponitis: præmitenda sunt de cœta de hac materia oquaçia. Trident. namque *l. 1. cap. 12. de reforma*, statut, curam animalium habentes teneantur à die auctoræ professionis, ad minus inter duos mensis in manus Episcopi, vel eo impedito, etiam generali eius vicario, & officiali orthodoxo nostra fidei publican facere professionem; & in Romane Ecclesiæ obedientia esse permanentibus spondent, ac iurent. Provisi autem de

*Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.*

canonicis, & dignitatibus in Ecclesiæ cathedralibus non solum coram Episcopo, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur, alioqui prædicti omnes prouisi fructus non faciunt suos neque illis possello suffragantur & *l. 1. cap. 2. de reforma*, decernit idem Concilium, hanc fidei professionem facere debere quicunque in patriarchas, rimates, Archiepiscopos, & Episcopos promoti fuerint, in prima Synodo provinciali in qua ipsi interfuerint. Qyod si quis (quod absit) tenuerit, Episcopi comprouinciales statim summum Pontificem Romanum admovere sub pena diuina indignatiovis tenentur, interimque ab eiusdem communione absincent, Pius tamet IV. in quodam motu proprio, qui est 112, cuiusdem & incipit *in iunctum nobis*, datum Ibid Novemb. 1564. supradictum Tridentini decretum extendit ad Prælatos monasteriorum, cōuentuum, dormorum, & aliorum quorundamque locorum, sive regularium ordinum sicut, sive militarium. Item Pius V. in alio Motu proprio incipiente, in *prosconsilis*, cuius tenorem referit Eman. Rodriguez q. reg. tom. 2. l. 12. art. 2. & Nald, verbo fidei professio, ad hanc fidei professionem tenet volunt omnes doctores, Magistros, regentes & alios quoquecumque, ac cuiuscumque artis, & facultatis professores, sive clerici, sive laici sint, vel cuiuscumque ordinis regularis, qui docete, vel promoueri, voluerint & Congregatio explicet hanc Bullam locum habere in docentiibus prima principia Grammaticæ, Arithmetica, Musicae, & aliarum artium, esto non sit in publicis scholis, sed priuatis dominibus, & additur pœna excommunicationis ipso iure, & priuatis beneficiorum omnium, dignitatum, officiorum, feudorum Ecclesiasticorum, & habitatatis ad illa, & ad alia in poterum obtinehanda aduersus promouentes, qui hanc fidei professionem facere neglexerint, & in promotis nullam esse promotionem faciat.

2 Primo tanquam certum regendum est obligationem faciendi supradictam professionem esse sub mortali, quia est res grauis, & ad gravissimum finem ordinata, qualis est exaltatio & promocio nostre fidei, & errorum extirpatio, & sub gravibus peenis praæcepta: sic relate Manuele Rodriguez & aliis doct. Sanchez lib. 2. in *Decalog. cap. 5. n. 1. fine Bonacina disp. 3. de fide. q. 2. p. 3. n. 14. & 15.* Quod si aliquis obligatus fidei facere professionem intra bimelite illam omiserit, tenetur quamprimum posuit illam facere, quia non extinguitur obligatio, sed aggrauatur, non enim bimelite assignatur, ut terminus finiendas obligacionis: sed vt terminus obligationis exequenda, & colligitur ex e. cum dilectus, de dolo, & contumacia, ubi Abbas n. 11. & 1. Celsus ss. de recept. arbitrio, & ita tener. Nadat. conf. 11. n. 1. sub. tit. de iure, in novis Garcia 3. part. cap. 3. n. 29. & 30. Sanchez lib. 2. cap. 5. n. 5. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 2. 9. 4. & 5. Aug. Barbola 3. part. allegat. 6. n. 22. & alii apud. ipos.

3 Periorum autem, quas haec obligatio adstringit, sunt primo prouisi de quibuscumque beneficiis curam animatum habentibus: ubi quibus venient intelligendi. Commendatissimæ aliquarum Ecclesiæ, quibus datur facultas disponendi de fructibus quia sunt vere beneficiari, & titulom habent. sic Garcia de benef. 3. p. cap. 3. n. 20. August Barbola de potest. Episc. 3. p. alleg. 6. n. 12. fucus vero dicendum est de illis quibus Episcopus Ecclesiæ curam commendat, non tamen de beneficio prouidet. Sanchez lib. 2. c. 5. n. 1 Deinde sub nomine prouisi de beneficiis, comprehendit videbantur Episcopi, quia prouisi sunt de beneficiis curam animalium habentibus: at quia in *l. 1. cap. 2.* præcipit illis in prima Synodo provinciali illam facere, videot Concilium in supradictis verbis illos comprehendere nouissime. Praeterea, qui in manus Episcopi prouisi de beneficiis debet professionem facere, ergo sub nomine prouisi non comprehenduntur Episcopi. Verum esti hos ita sit, ateno. Trident. decreto, & Bulla Pij IV. & V. Attena constitutiōne Gregor. XIV incipiente, *Orus Apofolica feruissi*, quamque refert Vgolin. de potest. Episcop. c. 1. §. 3 obligari sunt omnes Episcopi hanc fidei professionem, & iuramentum facere: forma autem huius professionis, & iuramenti traditur in Pontificali Romano autoritate Clementis VIII. edito, fol. 79, sic Barbola 3. p. alleg. 6. n. 3.

4 Secundò adstringit supradictum decretum Canonicos, & dignatibus Ecclesiastarum Cathedralium, sub quibus comprehendantur Canonici, quantumcumque ab Episcopo sint exempti, quia abfoliunt Canonici sunt sic Felin, Nauarri & Ledelin, relatis tradi: Sanchez lib. 2. cap. 5. n. 2. Garcia de benef. 3. p. cap. 3. n. 21. refert ita censuile factam Congregationem, Barbola cum aliis 3. part. alleg. 6. n. 1. num. 5. Item comprehenduntur Canonici regulares Ecclesiastarum cathedralium: quia vere sunt prouisi in canonicibus Ecclesiastarum cathedralium: sic Garcia num. 16. Barbola n. 6. Coadiutores tamen Canonicorum, licet Canonici nominentur, quia tamen vere, & proprie in canonicis non sunt prouisi viuente proprietario, fidei professionem facere non obligantur. Non enim coadiutor possidet canonicarum sed coadiutorum, ut dicit Garcia p. 4. cap. 5. n. 76. sic Barbola n. 7. Item neque prouisi de capellanis, portionibus, aliisque beneficiis simplicibus in Ecclesiæ cathedralibus, Sanchez cap. 5. n. 1 Garcia cap. 3. n. 13. Barbola num. 25. Adde nec prouisi in canonicibus, & dignitatibus Ecclesiastarum collegiarum; quia solum de prouisiis in Ecclesiæ

Z cathe

cathedralibus locutum fait Concilium, sic Sanchez Barbosa, & Gatica supradicta.

5 Tertio ex Decreto Pii. IV. & V. hanc facere professionem tenetur Praefati regulares quatumcumque ordinum, etiam militarium; sic Nauar. lib. 2. consil. Et de iure iurand. consil. 10. in nouis. Man. qq. reg. tom. 2. q. 72. art. 1. Sua verbo fidei, in fine Barbosa 3. part. allegat. s. 1. n. 7. Verum Sotius Capucinus super priuilegia mendicantium, verbo professio notab. 1. inquit. sacra Congregatione, & viros doctissimos declarasse non esse in vnu cui consentit Sanchez s. 3. affirmans in pluribus religionibus non obseruari, ut quia supradicta Bulla recepta non fuit, vel quia obseruari est derogata.

6 Quarto ex decreto relat. pii V. omnes docentes artes liberales, quomodocumque eas publicè doceant, tenentur hanc fiduci professionem facere, & omnes illi, quibus ad hoc munus per aliquam viuenteritatem testimonium conceditur, notavit Barbosa in declarat. Concil. sess. 24. cap. 12. Et 3 p. de potest. Episc. alleg. s. 1. num. 2.

7 Circa supradicta dubium est, an teneritis, quores aliquo titulo, scilicet canoniciatus, vel dignitatis fidei professionem faceris, illam facere obtinetu canonicatum alium distinctum. Negant aliqui te obligatum esse fiduci professionem facere, si demissi priori canoniciatus, alium obsecnus in eadem Ecclesia, fecis si in diuersis diebus, oppidis, vel locis, Verum probabilius existimo te semper obligatum esse, quia abolute prouisus es beneficio, ac si nunquam prouisus fuisses, neque Concilium appulit aliquod verbum, ex quo hac limitatio colligi possit, non igitur est recipienda, ex l. de prelio, ff. de Publ. in rem act. cum citatis in libello de principiis virtuibus iur. lit. L. 2. 28. & tradit. Azor. tom. 2. lib. 7. cap. 2. q. 8. quem videtur legi. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 5. n. 6. Garcia affirms se declarasse Congregationem Cardinalium cap. 3. num. 17. Et 38. Barbosa alios referens de alleg. s. 1. n. 8.

8 Sed quid si intra bimetus affixum at faciendam fidei professionem, obsecnas cum canoniciatu dignitatem, vel gradu doctoris decoloris, satiasfacie utica fidei professione obligationi illi ex duplice titulo contracta? Et idem est si transacto bimetus, & obliuio obligationis facienda professionis ratione beneficij adepti illius obsecnas ob aliun titulum?

Negat Barbosa allegat. illa. s. 1. n. 9. eo quod tituli multiplicentur. Credo tamen probabilitus te satisfacere utica fidei professionem, quia illi diuersi tituli ad eandem prout rem obligant scilicet ad fidei professionem pro eodem tempore faciendam. Ergo facta fidei professione duplice titulo videatur factum. Item illa profilio altius titulum satisfacit, sed non est maior ratio, quare vni potius, quam alteri satisfaciat. Ergo utique satisfacit, sicut cum profilio facienda est coram Episcopo, & Capitulo, & Episcopus est in capitulo, & praesente illo sit profilio non debet iterum extra alia fieri, vt dicimus. Et ita tener Nauar. lib. 2. consil. sub. tit. de iure iurando, consil. 12. in fine, in nouis Manuel Rodriguez regal. qq. tom. 2. q. 72. art. 3. Sanchez lib. 2. cap. 5. num. 6.

9 Modus autem quem debent supradicti obseruare, traditur in Concilio Tridentino, & in Bulla Pii IV. & declarat Quartana in summa, Barbosa, verbo fidei professio, & Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. i. p. cap. 10. n. 23. Pro cuius intelligence adverte primo, esto Concilium dicat professionem faciendam esse in manibus Episcopi, vel eo impedito coram eius vicario, non esse intelligendum de necessitate, sed de convenientia. Quare esti Episcopus impeditus non sit, potest fieri coram eius vicario: & ita tener Garcia 2. part. de benef. c. 3. n. 23. Barbosa 2. part. alleg. s. 1. n. 16. Secundo adverte cum ratione canoniciatus, vel dignitatis teneri facete professionem coram Episcopo, & Capitulo: si Episcopus in Capitulo existat, cum tu professionem emitis, sufficienter utique obligationi utica professione satisfacis; nec teneris iterum foras, coram Episcopo, vel eius vicario, proficeri quia absoluere coram Capitulo, & Episcopo fecili proficationem ergo satisficisti Concilio, sic Garcia 3. de benef. cap. 3. n. 24, referens decimum esse in una Segundina: consentit Barbosa supra 17. Tertiud adverte Sede Episcopali valente professionem faciendam esse coram vicario Capitulo, non coram Capitulo, quia per vicarium, & non per Capitulum administratur iuridictio; ideoqua magis vicarius, quam Capitulum representans Episcopum, sic Garcia num. 27. Et 28. Barbosa num. 18.

10 Sed est difficultas grauius in hac materia, an possis per procuratorem facere fidei professionem, cum absenses, vel impediens; Additio ad Nauarri consilia lib. 4. consil. sit. de iure iurando, consil. 11. in fin. in nouis, scilicet censuisse sacram Congregationem id fieri non posse, cibentur Vgoliens de off. & potest. Episc. cap. 50. s. 16. n. 1. fuit Nicol Garcia 3. part. cap. 3. n. 75. assertens sic remissi Rotam, & explesè negat fieri posse per procuratorem Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 16. n. 12. Moveri possunt, qui a profilio fidei, actus videuri esse personalis: tum quia est indicatius interioris alienus: tum & precipue quia illam professionem intercedit Ecclesia subditos in fide itabiles, & obligare, ne deficiant, ad cuius finis consequitionem summe conuenit fieri fidei professionem per propriam personam.

Nihilominus probabilius est, fieri posse per procuratorem, quia regulariter ea que quis facere potest per se ipsum, potest & per procuratorem, nisi à canone & lege aliqua limitetur l. ff. de procuratib. cap. qui per alium, & cap. potest quis de regiis, in 6. Item iuramentum potest praeflati per procuratorem, cap. fin. de iuram. calumn. in 6. cap. 1. s. verum de statu regi, & ita sentiunt Nauar. illo consil. 11. de iure iurando. n. 1. Azor 1. part. 1. 7. cap. 2. quaff. 6. Sanchez cap. 5. n. 7. Barbola 2. 20. praxis Episcop. lis. 2. part. verbo fidei professio, & alii Neque obstat concilia Nego, inquam, ita esse actum personalem, vt per procuratorem fieri non possit: nam licet sit interioris consensus indicatius, etiam contractus matrimonii id ipsum habet: & tamen per procuratorem fit. Quid vero per professionem intendat Ecclesia proficentes firmos habere in fide, probat convenientiam faciendo professionem per propriam personam, non necessarem.

11 Limitat autem supradictam doctrinam Sanchez illo n. 7 in professione fidei facienda ab electis in Episcopatum, vel ita facies ad aliud Episcopatum, & dicit hos in manibus Episcopi signati à Pontifice per se ipsos facere professionem debere: & non per procuratorem: & ita duos viros doctissimos à se confutos respondunt. Moverit ex verbis Bullæ Pontificis commititentis certio Episcopo, ut supradictam fidei professionem, nomine ipsius Pontificis accepterit. Ne propter ad Sedem Apostolicam accedendo personales laborare cogatur, volentes parcer laboribus, & expensis fraternitati velita commitimus. At si haec fidei professio fieri posset per procuratorem, non est opus laboris, neque expensis parcer, neque aliqui Pontificis vices suas committere, vt nomine ipsius accepterit, ed possit Episcopus Romano procuratori potestatam dare, vt nomine ipsius in Pontificis manibus praedictam fidei professionem emittatur. Factor ex supradictis verbis legi timè deducit. Pontificis presupponere Episcopum per se ipsum fidei facere professionem debere, sicut ex convenientia: cu[m] obligacioni ex decencia, & convenientia volunt parcer, committingo vices suas aliqui Episcopo. An autem cotam illo Episcopo tenetur per se ipsum fidei professio, & per procuratorem facere: & nulla sit non satis videatur colligi ex supradictis verbis, quia nullum videtur esse verbum hanc obligationem imponens ipso Episcopo faciendo per se ipsum in manibus Pontificis, & non per procuratorem.

12 Sed inquit, an credendum sit parti affirmanti fidei professionem fecisse?

Respondet affirmativè Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast. decif. 681 alias in noua edit. 580. & cum eo Barbosa 3. p. alleg. s. 1. n. 2. dummodo collatio beneficii sit decennalis ex reforlius per Plauini de resign. lib. 3. n. 7. 4. Et credo hoc verum esse, cum non tecatur quis professionem facete coram multis testibus, alia si alsciret professionem fecisse non ceditur, nisi prober, dicitur testimonium authenticum semper exhibe, re aut ita publicè fidei professionem facere, vt semper id constare posset, quod nulibi video else cagnum.

13 Perne imposto professionem omittentibus varie sunt tam in Concilio Tridentino, quam in supradictis constitutionibus Pii IV. & V. Et quidem constitutio Pii IV. imponit excommunicationem late sententia, non quidem aduersus promotores in aliquo gradu, & legentes aliquam artem liberaliè sine professione fidei facta, sed aduersus promotores & permittentes eos legere sine huicmodi professione; & ultra excommunicationem late sententia non reseruatam, inducit ipso iuste prationem beneficiorum, dignitatum, officiorum, feitorum Ecclesiasticorum, & inhabilitatem ad illa, & ad alia non poterunt obtinenda. Aduersus autem sic promotores, & legentes inducit nullatenus gradus, seu promotionis: sic Sotius Capucinus super priuilegia mendicantium, verbo professio fidei notab. 4. Sanchez lib. 2. cap. 5. n. 4. Bonacina 2. p. 3. de fidei quaff. 2. punti. 3. n. 15. quamvis Emanuel Rodriguez 16. 2. 29. regal. 9. 72. art. 2. dicat excommunicationem late sententia, & alias penas tam contra promotores, quam contra promotores fieri: sed quod diximus ex textu conformius. Aduerso tamen cum Barbosa in remissi. Concil. Trident. s. 1. 14. cap. 11. pag. mili. 542. Congregationem Cardinalium censuisse in locis iis, in quibus sunt gymnasia publica, Bullam Pii V. has penas non impulsius ordinatis, si patiuntur quemque quo modo docere literas, proutquam fidei professionem faciat. Adeo neque supradictam Bullam quod penas ibi contentas, neque etiam quod eius obligationem videri vnum receperam, sic Suarez de fide. disputation. 14. s. 6. numer. 2. indicat Sanchez supradicta numer. 4. fine.

14 Concilium autem Tridentinum imponit recipientibus beneficia, canoniciatus, & dignitates & fidei professionem non facientes intra bimetus à die adepti posselios, vt non faciant fructus suos, neque illis posselios sufficiatur. Circa quod decreatum adverte terminum constitutum duorum mensium incipere à die adepti posselios: quare esti tua culpa posselios non beneficii obtenti non accipias, non peccas, nec peccas incurris ob non factam professionem. sic Nicol. Garcia 3. part. de benef. cap. 3. num. 32. Barbosa 3. part. de potest. Episc. alleg.

alig. 61. n. 25. Accepit tamen possessione si intra duos mensias professionem facere omittit, toto tempore quo ita perficit non facit fructus tuos, etiam si postea professionem emittas; quia proficilis habitat, non amplius perdatur, non tamen recuperata potes depreditum, ex cap. quam periculorum, 7. q. 1. Et lq. res. §. arcam, s. de solus, sic Sanchez plures referens lib. 2. c. 5. n. 5. Barbola alleg. 61. n. 23. vbi bene adiutet cum Nicol. Garcia 3. part. de benef. cap. 3. n. 21. non priuari fructibus obtemis illis duobus mensibus conceplis ad faciendum fidei professionem s. etiam postea non emittere, quia Concilium non priuat fructibus decursum illis mensibus, sed postea decurrentibus, & contentis Sanchez lib. 2. cap. 5. n. 20. fine. Excede, nisi eauerit prima residencia, qui ratione illius omissionis, neque fructus, neque distributiones illorum diuotum mensum incurrat, neque habent potest pro prestante ex qualibet causa, Garcia sign. n. 51. fine. Barbola num. 24.

15 Cum autem in Trident. dicitur possessionem beneficij omittentes fidei professionem non suffragari, non est intelligendum, ut situm beneficij, & possessionem ipsam reddi nullam in se, sed locum reddi ouiam quod effectum percipiendi fructus. Et enim decretum penale, quod iuxta subiectam maceriam intelligi debet, & non extendi, sed potius limitari: & ita teneret Azor tom. 1. inst. moral. lib. 7. cap. 2. q. 3. Sanchez n. 8. Barbola n. 26. Garcia n. 33. Ex quo si gaudent posse hic prouidum aliis iugis bus, & prouenientibus qui sine beneficij, & canonicebus i etiam fidei professionem non faciat; quare canonicus vocem habere potest in Capitulo, & ius procedendi, qui iugis fructibus priuatur, sic Barbola n. 27. Et in declar. Concil. s. 24. cap. 12. n. 7. restat Congregatione sui declarans, Secundo si possid. dicem beneficium bona si triennio, etiam si fidei professionem posse fructus extra mensam capitularem intelligendum est, iuxta decretum Tridentini s. 22. cap. 3. de reformat. dentis fructus horum non residuum applicandos esse fabricae, si indiget, vel alieti pio loco, arbitrio Episcopi. At si canonici, vel dignitas habet fructus in mensa capitulari, existimat Barbola de posse Episcopi, 3. par. allegat. 61. in fine, cum Garcia 3. part. de benef. c. 3. a. 40. restituendos esse Capitulo, sicut fructus non residuum, aut excommunicatorum. Et additum est restituendos Capitulo, ut non possit se compondere cum Capitulo soluta alia patre, neque ordinatum condonare illam restitucionem posse. Aliui videbitur probabile hos fructus applicari posse pauperibus, fabricae, vel alieti pio loco, & non esse necessarium reddendos Capitulo, sicut fructus non residuum, quia omittentes professionem vere exarant a Capitulo fructus, & fecerit suos, interim dum non condemnatur; quod fecerit ut excommunicatis, & non residibus. At credo probabiliter esse, Capitulo esse reddendos adueniente sententiâ. Nam illi fructus sunt Capituli, quos non transferunt in omittentem fidei professionem, nisi dum sententia declaratoria criminis non est. Ergo stante illa sententia reddendi sunt fructus Capitulo, ac si nunquam a Capitulo essent extracti.

## DISPUTATIO II.

### De infidelitate, que est vitium contrarium fidei.

**S**I N præcedenti disputatione explicavimus essentiam fidei, & illius obligationem. Restat de vitis contrariais disputatione, & illorum remedis. Duplex est vitium contrarium fidei. Primum infidelitas. Secundum hæresis. Hæc inter se distinguunt tanquam continentia a contento. Infidelitas enim fidei quod omnia opponit: hæresis quod aliquam partem; vel vi alia placeat, infidelitas est vitium hominis nolens fidem suscipere; hæresis, iam suscepimus relinquens. Ita prædicta disputatione agemus de infidelitate, & illius remedii; in sequenti de hæresi.

### PVNCTVM I.

#### Quid infidelitas sit, & quotuplex.

- 1 De qua infidelitate sit sermo.
- 2 Triplex est infidelitas. Et carum definitio apponitur.
- 3 Dispersi essentialem affirmant aliqui.
- 4 Probabilis est oppositum.
- 5 Satis est contraria rationibus.
- 6 Ad satisfactas confessiones, si dicas te deseruisse fidem, quin declares, fuerum Paganismo, Iudaismo vel hæresi?
- 7 Comprehendatur ne omnis infidelitas sub iis tribus infidelitatibus speciebus. Proponitur ratio dubitandi.
- 8 Resolutius comprehendit.
- 9 Satis est contraria.
- 10 Quid de Apostolica dicendum est?
- 11 Hæresis est omnium grauior infidelitas, tametsi Paganismus magis extendatur.

**L**Oquimur in præsenti non de infidelitate veritati contraria, sed de infidelitate contraria fidei, virtuti theologicæ. Hæc ergo definiri potest, ut sit peccatum ex natura sua tenet plures refutos Sanchez n. 13. Garcia n. 66. Vgoin. n. 5. Azor lib. 7. cap. 2. q. 2. Barbola n. 29 & alij apud ipsum. Ex quo Ferdinand de Castro Sum. Mor. Pars 1.